

uantur l. si mulier C. ad Velleia. l. si pater C. de sponsa. l. asiduis in principio C. qui potio. l. sicut in verbis sexus fragilitas C. de pres. cum alijs multis coaceruatis per Tiraquel. de legi. conu. glo. 1. num. 70. 71.

25 Subiungit et idem Tiraquel. multorum auctoritate propter infirmitatem hanc quam sexus femineus secum producit, mulieres decipi faciles fore: subinde inferens facilius restitui mulieres quam viros debere in iudicio. Vnde compertum semper habui text. in d. l. pactum dotali de colla. in filia loquentem, in filiabus tantum ob predicta procedere non in filijs masculis: voluisseque Iustinianum eotext. feminarum prouidere fragilitati, ne modico contente ingenti renunciare possint hereditati. Et hac certe mihi vera videtur & genuina ratio illius textus.

26 Neque et huic rationi oberit quod magis communi sententia receptum sit dispositionem et text. in d. ca. quamuis pactum de pact.

27 in 6. qui voluit adhibito iuramento hanc valere renunciationem, procedere nedum in filia vt textus loquitur, sed & in filio masculo vbi donatione propter nuptias contentus renunciat hereditati paternae. Nam multi grauisimiq. interpretes contrariam tenuerunt, vt testatur Dida. qui tamen communi adheret in d. cap. 3. part. 1. num. 1. eandem testatur communem Gutier. in eod. ca. in verb. a filia num. 4. Vasq. tracta. de successio. creatio. 1. 8. num. 85. nam id ob virtutem contingit iuramenti quae in viro & femina par est & equalis cum in utroq. eadem ratio obseruandi iuramenta militet: Quod si quispiam rursus obijciat rationem superius tractatam ad d. l. quod dotali militare etiam in filio sicut in filia vbi modico contentus filius magna & incertae renunciet hereditati, satisfaciendam rationem hanc iuste fuisse supra improbatam, sed & adhuc si vera foret militat magis in femina quam in viro filia enim incongruenter dotata multa patitur mala & male a marito sustinetur dixit text. in l. fina. C. ad Velleian. Lup. & alij relati a Surd. tracta. de alimen. titul. 7. quaest. 6. num. 6. & num. 8. in medio & cogere cum dedecore mendicare quod sexui femineo periculosum est, ne huc atq. illuc vagando in meretricium incidat, vt fuse ostendit Tiraq. in ll. connubia. l. 10. a num. 33. 34. cum sequent. multis, sed hac omnia in iuris cessant.

28 Sextam et superaddere libet quoniam huiusmodi renunciations re ipsa donationes sunt vt scripsi fuse quaest. 73. hac sectio. atqui donare filius patri non potest, sic auctoritate Iulij Clar. ex communi dixi dicta quaest. 73. ad finem.

29 Superest et nunc contrarijs rationibus in

principio quaestionis adductis respondere: Non igitur obstat prima, quoniam tex. in d. l. non putauit §. si quis sua manu cum alijs similibus non loquitur in pacto vel conuentione qua filius seipsum successione priuauit filius autem inibi voluntarie consensit exheredationi paternae in testamento adiectae, quo testamento successiones dantur & adiunguntur, vt & sensu multis ornans solutionem Iass. in l. si quando §. 1. C. de inofi. testam. Aliter respondit Vasqui. d. §. 10. num. 528. filium qui exheredationi vel praeteritioni consensit in d. §. non tam sibi nocuisse propter illius consensum ante mortem prestitum, quam propter ratiuentionem vel perseuerantiam post mortem adhibitam. d. l. filio praeterito & d. l. fina. C. de pact. vt cunq. sit constat in eo text. nullam intercessisse pactioem. Neq. et obijciat quispiam quod taciti & expressi eadem est virtus l. cum quid de reb. credi. l. triticum de verbo. obliga. ff. & cum filius expresse non possit, neq. etiam tacite; quoniam et maior est virtus expressi quam taciti. Et et multa tacite tollerantur quae in pactu deduci non possunt l. non nunquam de condi. & demonst. l. expressa nocent vbi Deci. & alij de reg. iur.

30 Non obstat secundum de iure primogenitura: responsio enim facilis est: ius primogeniturae vendi & cedi posse, at ea pactio non successione futuram respicit sed ius illud quod de praesenti competit; sic Esau. tale ius pactus est, id ipsum efficere possunt illi quibus vel ex conuentione matrimoniali, aut consuetudine locorum hoc primogenij ius competit; quamuis vt dixi superius Ludou. Molin. d. loco abneget id maioribus vltioris Hispaniae fieri posse; cuius tamen periculosa admodum sententiam esse video quae multis possit conuinci rationibus quas praetereo.

33 Tertium et non facit; nam in d. l. 1. & d. l. cum proponas C. de pact. etsi renunciatum fuerit fidei commissio, mortuus tamen erat is de cuius hereditate agebatur: Et vulgo dicitur ex vniuersali fidei commissio succedi testatori grauantis non heredi grauato l. coheredi §. cum filie cum alijs de vulga. Inde efficitur vt hereditates vendi & alienari quouis titulo possint l. 1. & toto titul. C. de heredi.

34 vel actio. vendi. posse et autem renunciari fidei commissum quod alicuius morte competit nullus dubitat ex d. l. 1. & d. l. cum proponas vbi omnes C. de pact. quinimo censuit Bart. in l. qui Romae §. duo fratres quem alij ibidem omnes sequuntur de verbo. oblig. generalem renunciationem continere fidei commissum vbi non ad aliud quam fidei commissum ipsum renunciatio potest extendi, de quo suo in loco dicemus.

Non

Non obstat quartum, nam quod quisque non possit renunciare, non inde beneficium inuito conferri dicitur; cum legis prohibitio bono publico introducta sit, & Reipublicae intersit ne quis re sua male abutatur §. fina. instit. de his qui sunt sui vel ali. iur. & facere nemo potest ne leges in suis dispositionibus locum habeant l. nemo potest delegat. 3. qua vitas hominum & ipsorum actus constringunt l. leges sacratissimae C. de legib.

Neq. quantum oberit: Etsi enim pactis de non succedendo minime inducitur votum captandae mortis, neq. ea ratione huiusmodi pacta improbantur, alia tamen reijciuntur vel quod filius aut filia dote vel donatione modica contenti magna & opulenta renunciant hereditati; aut altera ratione ex his quas superius memorauimus, eas praetereo. Remanet igitur constans & firma regula non posse filiam dote accepta paternae renunciatione successioni d. l. pactum dotali de collatio.

35 Regulam et hanc extendunt interpretes primo vt nec si factum fuerit hoc pactum de non succedendo in contractu matrimonij valeat d. cap. quamuis pactum in verbis dum nuptui tradebatur: Etsi enim maximus sit fauor matrimonij & multa in illius contractu simul cum conuentionibus nuptialibus quae fiunt in capitulis matrimonialibus priuilegia a iure fuerint concessa quemadmodum fuse scripsi hoc lib. quaest. 1. sectio. 1. & quaest. 2. & 3. noluit tamen lex hanc probare conuentionem de succedendo; ne ex ea deteriora prodirent inconuenientia vel absurda.

Quemadmodum & improbauit ea omnia quae vel dote aut matrimonij contractui possent esse aduersa & contraria, vt in eadem quaestio. 1. latius scripsi: Nihil igitur mirum si nec fauore matrimonij haec pactio sustineatur: nam vbi valeret eadem ipsa in commodum filiae paciscentis verteretur, quae dote forsan modica contenta magna renunciet successioni: quae diligenter notanda sunt quoniam a nemine sic declarata.

36 Nunc regula d. l. pactum dotali de collatio. quibusdam modis declaranda est quos Iass. ibidem congersit, ego aliquos referam. Primo itaq. et declaratur nisi consuetudine pactum hoc de non succedendo roboraretur ca. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morga. contract. si enim potest consuetudo approbare pacta de succedendo quae regulariter votum captandae mortis inducunt, maxime dum fiunt in contractu matrimonij, quemadmodum multorum auctoritate scripsi hoc lib. sectio. 1. quaest. 2. & 3. multo magis pactum de quo agimus, siue renunciationem ipsam in qua huiusmodi improba causa locum ha-

bere non potest, sic censent Pau. Cast. Roma. Iass. & latissime Alexan. in d. l. pactum dotali Berenga. in d. cap. 1. de filijs nat. ex matrimo. ad morga. con. c. ante penultimo n. 7.

37 Secundo declaratur et cum pater filium emancipat accepta pecunia, & in emancipatione cum eo paciscitur ne ipsi vsquam succedere possit, non enim lex huiusmodi improbat conuentionem in illius odium, qui ex ea praemium videtur emancipationis recepisse l. 1. §. si vel parens ff. si quis a patre fuerit manu. glo. in d. cap. quamuis pactum in verbo lex ciuili vbi post ipsam alij. late Alex. & post eum Iass. in d. l. pactum dotali sequitur Berenga. vbi supra num. 7. versic. Tertio restringe. Caterum non repellitur ibi pater in vim pacti, sed quia turpiter fecit accipiendo pecuniam a filio propter emancipationem:

38 Simile et est in patrono qui vt seruum manumittat pecuniam accipit, quoniam turpiter agit atq. ideo sibi contra tabulas aduersus liberti testamentum denegatur l. si quam vbi glo. Bal. Angel. Salice. & alij C. de operes liber. licet hanc declarationem impugnet Roma. in dict. l. pactum dotali & Imol. in l. vtrum turpem per illum tex. de verbo. obliga.

39 Ex quo et deducitur patrem pro filio emancipando pecuniam accipientem non turpiter facere, defendit tamen Alexand. egregie in d. l. pactum dotali: cuius etiam dicta infringi possunt: vnde verius et mihi noue videtur eam patris pactioem cum filio ius sustinere; quoniam non tam debita est filiorum successio parentibus, sicut parentum filijs l. nam etsi parentibus cum vulgat. de inofi. testa. sic licet per bonorum possessionem contra tabulas vitietur testamentum patris in totum, ea tamen quae datur patri aduersus filij testamentum non rumpit in totum sed pro parte legitime patri competenti l. Pantonijs vbi omnes ff. si quis a patre fuerit manumiss.

41 Tertio et declaratur regula d. l. pactum dotali vt non procedat quando pater in emancipatione tantundem recepit a filio quantum sua ascendebat legitima; adiecta enim ab eo pacto de non succedendo non reijcitur a lege d. l. 1. §. si vel parens in verbis, vel postea viuus in eum filius quantum satis est contentus, & Barto. in d. §. si vel parens Alexan. & Iass. in d. l. pactum dotali. Et licet aliter sentiat Salice. in dict. l. & Iass. in d. l. fina. C. de pact. tamen & superior declaratio sustineri potest.

42 Quarto et declaratur in casu quo pater legitime filium suum naturale adiecta conuentione ne sibi ille succederet, vel idem filius patri; sustinetur enim a iure conuentione cum enim voluntarie filium legitimaucrit potuit

potuit eam conditionem & legem adijcere quam voluit. resoluit latissimè Alex. in d. l. pactum dotali & relatis eodem Alex. Paul. de Castr. & Cæpol. sequitur Iass. in d. l. nu. 3. ad medium.

43 Hanc & tamen traditionem communem noue declarandam puto, ne procedat in legitimatione, quæ fit per contractum matrimonij, si enim aliquis contrahendo illud pacisceretur cum vxore & illius filijs antea susceptis ne succederent, inutile foret pactum, licet enim voluntarie vxorem ducat tamen conuentione illa efficere non potuit quin filij antea procreati ex ipso contractu matrimonij vere legitimi efficiantur. cap. tanta ex. qui filij sint legi. quos conuentione illa ad successionem repellere non potest, etiam si aliquid recepissent d. l. pactum dotali. quod notandum esse puto et si a nullo animaduersum.

44 Quinto & declaratur atq. hic casus nullam continet dubitationem quando filius vel filia renunciant hereditati iam mortui parentis, vel alterius, tunc enim cum cessant rationes d. l. pactum dotali supra adductæ, quibus hoc pactum improbat; cessat itidem illius dispositio; sic aperte probat tex. in l. si quando §. 1. vbi Bal. Salice. Angel. Alex. Iass. & ceteri omnes C. de inof. testam. tex. in d. l. 1. & l. cum proponas C. de pact. & ibidem omnes indifferenter.

45 Sexto & ultimo declaratur quando filia renunciet adhibito iuramento, quo se nihil amplius petituram in hereditate patris viuentis promittit. d. cap. quamuis pactum de pact. in 6. cuius dispositione sublata fuerunt magnæ illæ controuersia, quæ inter veteres Iuris Consultos agitabantur, dum multi credebant conuentionem hanc iuramento firmari non posse, Alij secus existimabant, vt Accurti. refert in d. l. pactum dotali; sed de huius capituli intellectu & eorum quæ ibi & alibi interpretes tradiderunt in sequentibus suo ordine disputabitur.

46 Tres autem & potissimæ adferuntur rationes ab interpretibus cur hæc fiant renunciationes per filias parentibus suis: prima ne post mortem patris illius iudiciu impugnet, atque de suis bonis pater libere disponere possit, hanc rationem prior fertur adduxisse Zanchi. doctorem antiquum in d. cap. quamuis pactum sequutus est Craue. conf. 42. n. 2.

47 Rationem & hæc impugnavit Corne. conf. 291. num. 6. lib. 4. ex eo quod etiam nulla renunciatione per filiam facta potest pater de bonis suis libere disponere si tamen ipsam congruenter dotauit, quia dos loco legitime succedit. dixi hoc lib. quæst. 3. declaratio. 2. ita fit vt post filiam nullam legitimam consequi possit cum iam ipsam fuerit consequuta

licet facultates patris auctæ sint vt suo loco dicemus; & dixit communem Rip. lib. 2. respon. cap. 6. ad finem; verum hæc impugnatione non placet quoniam ratio d. l. pactum dotali potissima ea fuit ne filia modica dote contenta magne renunciant hereditati, cuius legis dispositionem interueniente iuramento sustulit Roma. Pontifex.

48 Altera & ratio adfertur quia patres sub spe ducendi aliam in vxorem, alteramque prolem suscipiendi curant vt filie in contractu renunciant matrimonij, & post alios hanc rationem probat idem Corne. d. conf. 291. nu. 7. Hæc & ratio sustineri non potest quoniam non est presumendum parentes posthumos nascituros sic diligere vt filiam presentem & natam, ad tex. in l. qui filiabus delega. 1. Craue. cõf. 77. num. 12. conf. 173. nu. 12. dixi alijs multis relatis supra sectio. 2. His addendum quod mors vxoris presentis vt tristis euentus nõ est in consideratione, scripsi hoc lib. sectio. 1. quæstio. 8.

50 Tertiam & interpretes rationem adducunt fieri vt plurimum has renunciationes ad commodum filiorum masculorum vt aptius familiam & agnationem possint conseruare. dixit Corne. hanc rationem veram & finalẽ d. conf. 291. lib. 4. Bellon. conf. 15. num. 12. Crauet. conf. 42. num. 2. Dida. in d. cap. quamuis pactum 3. part. §. 3. num. 4. Sed neq. hæc ratio placet quoniam & sunt huiusmodi renunciationes etiam quando filijs masculis caret pater.

51 Verius igitur & videtur dicendum multas posse iuxta cuiusque voluntatem causas adferri cur similes fiant renunciationes; neq. de ratione illius capi. multum curandum est, quando intelligere sufficiat ob iuramentum interpositum quauis occasione renunciatio fiat sustineri aduersus iuris ciuilibus dispositionem propter peccatum.

SVMMARIVM.

- 1 Promissio iurata a filia facta patri qua promittit se renunciaturam hereditati paterna, an sufficiat absq. actuali renunciatione.
- 2 Dispositio cap. quamuis pactum de pact. in 6. est odiosa.
- 3 Dispositio correctoria eo ipso odiosa reputatur.
- 4 Dispositio odiosa & correctoria ex maiori parte rationis non extenditur.
- 5 Dispositio tex. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. multis rationibus odiosa.
- 6 Dispositio odiosa dicitur, qua ius quesitum alteri tollitur.
- 7 Interpretatio ea fieri debet per quam reducimur ad ius antiquum.
- 8 Interpretatio per quam reducimur ad ius antiquum

- tiquum dicitur fauorabilis.
- 9 Interpretatio ita faciendæ vt ius commune minus ledatur.
- 10 Duplex odium vbi concurrens ibi extensio omnino prohibetur.
- 11 Extensio in iure prohibita nisi necessitas vel utilitas id suadeant.
- 12 Promissio renunciandi nõ dicitur renunciatio.
- 13 Promissio vendendi non dicitur venditio.
- 14 Lex inutiles circuitus vitare solet.
- 15 Ius pro facto habet id q. quis facere promissit.
- 16 Iuramenti obseruationis ratio que militat in actuali renunciatione vindicat etiam in promissione de renunciando iurata.
- 17 Extensio fit in correctorijs vbi lex corrigens rationem expressit.
- 18 Extensio latissima fit vbiq. agitatur de fauore anime, sive in correctorijs sive in penalibus.
- 19 Extensio fit latissima vbiq. agitatur de vitando priurio.

QVÆSTIO. LXXXI.

PROMISSIO RENUNCIANDI iurata in capitulis matrimonialibus an sola sufficiat in terminis cap. quamuis pactum de pact. in 6. vt filiam ab hereditate paterna excludat.

1 **I**NGVLARIS & nunc casus explicandus est, qui in dies occurrit a paucis tractatus, an sola promissio iurata a filia facta in contractu matrimonij, qua se renunciaturam pollicetur hereditati paterna, sufficiat absq. actuali renunciatione, & multa vrgent quibus credi potest solam ipsam nõ sufficere.

2 Primo & quia dispositio dict. cap. quamuis pactum est odiosa duplici ratione: prima quia tollit iuris ciuilibus dispositionem, sic enim dixit idem Roma. Pontifex in d. cap. illis verbis improbet lex ciuilibus, &c. At dispositio & correctoria eo ipso odiosa reputatur & consequenter restringenda, vt non alios casus quæ expressis coprehendat l. precipimus C. de appellatio. l. sancim. C. de test. tex. egregius in §. final. in auth. de adminif. offi. apertus in l. si furiosi C. de nup. l. si vero §. de viro vbi fusè Roman. & alij ff. solut. matrim. auth. quas actiones vbi glo. C. de sacro. Ecclesi. cap. cũ expediat de electio. Barto. in l. si constante quæst. 7. solu. matrimo. atq. anxiosa hoc pro regula omnes tradiderunt: quales Mathesil. tracta. de extensio. in principio num. 1. eandem regulam proposuit Imol. in d. l. si vero §. de viro col. 4. Alciatus regulæ adhæret in

commenta. de verbo. significa. num. 34. 35. lib. 2. Similem constituit regulam Euerard. in topi. legali. in loco a ratione legis nu. 14. proponit & ipsam Gammar tracta. de extensio. sub. num. 118. Iass. in d. auth. quas actiones num. 21. admittuntq. & interpretes regulam hanc receptissimam vt nec ex paritate, similitudine, neq. etiam ex maiori parte rationis extensio fieri possit glof. in l. tam is §. 1. ff. de do. cau. mor. Barto. in l. præcipimus §. final. C. de appellatio. dixit communè Iass. in d. auth. quas actiones num. 21. versicu. Sit ergo; dixit receptissimam Capra. regul. 90. num. 113. idem Iass. in l. de quibus num. 14. de legi. Deci. in l. nõ debet cui quod plus de regu. iur. Ripa. in d. l. si constante num. 57. vt modo alios innumeros præteream; cum igitur correctoria lex odiosa sit & extensio non possit Natt. conf. 424. num. 5. Crauet. conf. pro genero num. 85. Surd. decisio. 208. n. 15. consequenter tex. in d. cap. quamuis pactum loquens in renunciatione actuali, ad promissionem extendi non debet.

5 Secundo & ex alio dispositio d. cap. odiosa est quoniam tollit ius filijs competens in hereditate parentum, qui modico contenti magnæ sapius renunciant hereditati, vt quæstione diximus precedenti. At ea & dispositio odiosa dicitur qua ius alteri quesitum tollitur l. nec auus C. de eman. libe. l. 2. §. si quis a principe ff. ne quis in loco publico, proinde fieri interpretatio debet in dubio ne ius tertij ledatur l. 3. §. 1. de recep. arbit. Craue. conf. 245. nu. 9. & conf. 269. nu. 5. Menoch. conf. 279. nu. 13. lib. 3.

7 Secundo & interpretatio ea in dubio fieri debet, qua reducitur ad ius antiquum commune, at si tex. in d. cap. quamuis pactum nõ habet locum in promissione renunciandi sed & in sola renunciatione pro vt loquitur, si nõ in toto in parte saltem reducitur ad ius commune d. l. pactum dotali; maior propositio probatur autoritate glofæ in cap. statutum in verbo numeradum de præben. in 6. Alex. in d. l. si constante Iass. in d. auth. quas actiones Surd. decisio. 272. num. 34. Menoch. qui Panormi. Socin. & Deci. refert conf. 1. num. 392. lib. 1. Surd. conf. 182. num. 13. qui alios refert. Et hæc interpretatio dicitur fauorabilis Panormi. Anton. Socin. Aretin. Barba. Iass. Felin. Deci. Curti. & alij plures quos congerit Tiraq. tracta. de primog. quæst. 24. num. 6. Dida. Couar. lib. 3. resolutio. cap. 6. num. 4. Osaf. decisio. Pedemonta. 147. n. 20.

9 Quidquod & ea interpretatio sumi debet qua ius commune minus leditur capi. cũ dilectus de cõsuetu. Roma. & alij multi quos citat Becci. conf. 12. num. 43. Surd. decisio. 174. nu. 25. idem Surd. conf. 245. nu. 9. lib. 2.

Ceterum

Ceterum si tex. in d. ca. quamvis pactum solum procedit in renunciatione actuali & non in sola promissione, minus laeditur dispositio iuris civilis d. l. pactum dotali proinde ad promissionem extendi illa dispositio non debet.

10 Tertio & constat in casu de quo agimus duplex odium concurrere, nam filij in primis a successione repelluntur parentum eis debita omni iure, alterum quia ius civile immutatur, at ubi duplex concurrat odium extensio prohibetur omnino, sic erudite scripsit Camil. Galli. in commen. de verb. signifi. lib. 7. cap. 30. num. 15. ideo aequum videtur ut dispositio d. cap. ad simplicem renunciationem extendi nequeat.

11 Quarto & prohibetur in iure extensio quoties necessitas vel utilitas id non suadet ita auctoritate Cæpol. docuit idem Gallin. in commen. de verb. signifi. lib. 7. cap. 27. nu. 23. atqui in nostro casu neq. utilitas filiorum quæ imo contrariatur, neq. necessitas postulant ut in promissione iurata locum habeat tex. in d. cap. quamvis pactum, inde fiet ne in ea sibi locum vindicet.

12 Quinto & promissio renunciandi non dicitur renunciatio, quia diuersa sunt: sic in terminis docuit Nico. Boeri. decisio. 3. quem refert Menoch. conf. 92. num. 3. lib. 1. sicut & promissio donandi non dicitur donatio Tiraquel. qui multos recenset tract. de retract. conuentio. ad finem num. 48. Menoch. dict. conf. 92. num. 2. 3. Et huc quoq. pertinent & quod promissio vendendi non est venditio, nec promissio contrahendi matrimonium non est matrimonium, ut hæc & alia multa his similia multorum auctoritate cumulaui hoc tracta. lib. 1. compara. 2.

13 Hæc certe me aliquando ancipitem tenuerunt quo minus in Baldi inferius citandi sententiam abirem.

Re autem diligenter considerata verius videtur textum in d. cap. quamvis pactum, in renunciationis promissione locum habere iurata; prout censuit Bal. in d. l. pactum dotali quæst. 18. de collatio. Roma. singu. 183. Boeri. dict. decisio. 3. quos refert & sequitur Dida. in d. ca. quamvis pactum 3. part. in initio num. 3.

14 Mouentur & citati interpretes primo quoniam lex solet inuites vitare circuitus l. dominus testamento de condic. indebi. l. cum fundus §. seruum tuum de reb. credi. Ita & fit ut ius ipsum pro facto habeat id quod quisque facere promisit l. si intra C. de pact. sic enim in eo textu exceptione parit promissio liberandi, ac si liberatio facta fuisset. l. si creditoris C. de fideico. Alex. & Iass. in d. §. seruum tuum. Dida. ubi supra.

His addendi innumeri quos longa serie digessi d. compara. 2. quibus superior traditio aperte adiunatur ea non repeto.

16 Altera ratio est, quoniam & causa obseruationis iuramenti que militat in actuali renunciatione, quam reddit tex. in d. ca. quamvis pactum eadem militat in promissione de renunciando iurata, propterea illius dispositio obseruanda itidem erit in sola promissione ad tex. in l. a Titio cum vulga. de furt. hæc interpretes nunc relati.

17 Sed addendum & quod magis ad institutum quæstionis facit propositæ, & quod contraria a nobis superius adducta tollit; extensione fieri in correctorijs ubi lex corrigens rationem expressit. l. his solis versic. Tacite cautum putamus C. de nauti. foeno. quem textum dixit Alex. in l. si constante quæst. 9. meliorem de iure: similis est iuncta glos. ibi in verbo eligantur in clemen. 1. de electio. docet Bald. in auth. quas actiones C. de sacro. Ecclesi. ubi & Iass. qui citat tex. in l. cum mulier ff. solut. matrimo. Rip. in l. si constante num. 63. ff. solut. matrimo. Crauet. 183. nu. 3. idem conf. 186. nu. 11. fusè Tiraquel. in l. si vniquam verbo libertis num. 4. & 46. de reuo. donatio. Menoch. de arbitra. iudi. quæst. lib. 2. casu. 63. num. 9. casu. 84. num. 8. cum sequent. Surd. decisio. 62. num. 26. decisio. 174. num. 13.

18 Accedat & superioribus quod ubi agitur de fauore anime fit latissima extensio siue firmus in correctorijs siue in penalibus quoniam agitur de vitando peccato, quemadmodum in specie nostra de vitando periurio, docet singulariter Barto. ubi post eum omnes ceteri in auth. sacramenta puberum ad finem C. si aduer. vendi. Roman. in l. sequitur §. si viam de vsucap. Iass. in d. auth. quas actiones num. 25. & in d. auth. sacramenta puberum num. 16. post Panormita. in cap. ex tenore ex. qui filij sint legi. Felin. in ca. traslado de conf. & in cap. iuravit de probatio. latius in cap. final. de præscrip. Rip. in l. si constante num. 72. ff. solut. matrimo. alios citat Euerar. in topi. legali. loco a ratione legis n. 30. Mathefil. tract. de extensio. extensio. 5. Alciat. lib. 2. de verb. signifi. num. 44. Et in terminis proprijs ubi agitur de vitando periurio fieri debere extensionem docuit Bart. in d. auth. sacramenta puberum in loco superius relato; qui inibi scripsit rex. in d. auth. sacramenta puberum ad omnes contractus extendi in quibus interpositum fuit iuramentum ratione vitandi periurij, quamquam dispositio d. auth. sit exorbitans & odiosa: sequuntur ceteri ibidem. Declarat post eos Camill. Gallin. in commen. de verb. signifi. lib. 7. cap. 24. num. 15. 16. qui alios recenset.

Ex

Ex his constat superius adducta in contrarium minime ob stare, que uno tolluntur verbo; licitam fore extensionem in correctorijs ex ratione expressa, tum & quoties agitur de vitando peccato vel periurio.

SVM MARI VM.

- 1 Renunciatio absentis facta sicut donatio non valet.
- 2 Donatio absentis facta non acceptata licet intellecta, non valet.
- 3 Donatio per nuncium fieri potest vel epistolâ.
- 4 Donatio vel renunciatio absentis facta acceptata per notarium valet.
- 5 Donatio absentis facta & per notarium acceptata valet & in Cathalonia pro hac opinione iudicatur.
- 6 Acceptatio donationis an fieri possit post mortem donatoris.
- 7 Ratificatio reintegra fieri debet.
- 8 Ratificatio tempore habili facienda est.
- 9 Acceptatio non requiritur expressim ubi donatarius est presens donationi.
- 10 Acceptatione inducit quilibet actus exterior.
- 11 Absens in dubio quis presumitur potius, quam presens.
- 12 Homo suapte natura mouetur.
- 13 Renunciatio iurata an requirat acceptationem.
- 14 Iuramentum partis presentiam operatur.
- 15 Iuramentum operatur ut alteri stipulari quis possit.
- 16 Iuramentum operatur partis presentiam per fictionem.
- 17 Stipulari alteri quis potest fauore pia cause.
- 18 Statuto stante quod alteri per alterum obligatio queratur, intelligitur dum tertius, cui obligatio queratur, acceptat.
- 19 Iuramentum actum sui natura reuocabile non facit reuocabilem.
- 20 Iuramentum regulatur secundum naturam actus, cui adicitur.
- 21 Iuramentum parte absente prestitum & non acceptatum, non valet.
- 22 Thesaurus Senator Pedemontanus laudatur.
- 23 Opinio auctoris noua.
- 24 Iuramentum ubi pendet a solo facto iurantis libere reuocari potest.
- 25 Iuramentum remitti potest ab eo, cuius interest.
- 26 Iuramentum inducit partis presentiam fictione retroactiua.
- 27 Renunciatio in iudicio facta nisi fuerit per iudicem acceptata non tenet.

QVÆSTIO. LXXXII.

RENUNCIATIO IURATA FACTA PER FILIAM IN CONTRACTU MATRIMONIJ PATRI ABSENTI, AN VALEAT; ET QUANDO ACCEPTATIO VEL RATIHABITIO REQUIRATUR.



VO huius quæstionis capita proponuntur, primum an renunciatio iurata per filiam facta in contractu matrimonij patri absentis valeat nec ne. Secundum an acceptatio sit necessaria; sequentes igitur erunt constituendæ inspectiones.

1 Primi & capituli hæc sit inspectio, renunciationem donationem esse, scripsi multis relictis hac sectione quæst. 73. At donatio absentis facta non valet l. absentis ff. de donatio. l. si ego ff. de reb. credi. l. in omnibus in 2. de actio. & obliga. l. si quis in 1. C. de donatio. Et hanc esse communem sententiam ex Corne. Parisi. & alijs testatur Clar. in §. donatio quæstio. 12. num. 2. eandem nouissimè communem dixit Peregrin. conf. 94. nu. 2. ubi nu. 3. extendit auctoritate Bald. Salic. Bart. Catre. Roma. Corne. Areti. Guid. Pap. Parisi. Capre. Clar. licet & quis donaret absentis, & absens intellecta voluntate donatoris non tamen per nuncium vel epistolam acceptaret, adhuc enim imperfecta foret; idem scribit tracta. de fidei. artic. 51. nu. 4. & sequent. & his non relictis Auen. & Menoch. quos refert Gutier. cap. quamvis pactum num. 59. sequitur Cance. qui aliquos ex antiquioribus citat lib. 1. resolu. cap. 8. num. 19. Ita sequitur ut renunciatio patri absentis facta que vim sustinet donationis valere non possit. sic Dida. sentit in d. cap. quamvis pactum 3. part. in initio. nu. 4. Gutier. n. 52. et si is obiter Didacum sequens.

2 Subinde & inferitur quod cum donatio possit fieri per nuncium ad id destinatum & etiã per epistolam propriam, valeret huiusmodi renunciatio, quia & donatio valet, intelligendo semper si sit iurata alias secus inter patrem & filium de iure civili ut quæstio. dixi. 74. quod autem de epistola & nuncio dixi ut his medijs valeat donatio aperte probant text. in l. nec ambigi l. si aliquid C. de donatio. l. consensu ff. de actio. & obliga. l. 2. ff. de pact. respondit Peregrin. d. conf. num. 8. in quo nulla hæsitatio est sicut id ipsum notauit Clar. in §. donatio quæstio. 12. nu. 1. Surd. decisio. 111. nu. 12. idem in conf. 351. nu. 29. lib. 3. Peregrin. con. 94. num. 8. & 15. lib. 1. Sanch. de matri. to. 1. disputa. 7. nu. 23. & 24.

3 Secunda & inspectio ubi renunciatio iurata per filiam facta patri absentis fuit per notarium nomine illius stipulata non eget acceptatione, quia iam acceptata a notario fuit, sic in terminis quæstionis propositæ docet Dida. in d. cap. quamvis pactum 3. part. in initio num. 4. hanc ipsam sententiam latè probat idem Dida. lib. varia. resolu. 1. ca. 14. num. 11. & sequent. Iuli. Clar. in §. donatio quæstio. 13. qui communem Roma. Corne. Guid.

Guid. Pap. Barto. Socin. Ruin. Parisi. Rip. Bertran. Rube. Gozadin. Galiau. Craue. Rolan. Ofaf. Caphal. Riminal. Clar. Dida. quos omnes refert & sequitur Surd. decisio. 111. Menoch. non relatus ab eo conf. 92. num. 67. lib. 1. vbi communem Ioseph. Ludo. decisio. Perusin. 29. num. 8. & 9. & licet Peregr. tract. de fideico. arti. 51. num. 14. cum quibusdam ab eo citatis contrariam opinionem tueatur, vt non obstante stipulatione notarij adhuc acceptatio requiratur, qua & latissimè tueatur Molin. de Hispa. primog. lib. 4. cap. 2. à num. 69. Gutier. qui & alios recenset eiusdè opinionis authores vterioris Hispaniæ quales Burg. de Paz. conf. 14. num. 20. Burg. de Paz. filius alterius quæstio. ciuili 10. nu. 23. Pela. de maio. Hispa. 1. par. quæstio. 36. nu. 2. & quæst. 68. nu. 1. Oland. in conca. antinomi. litt. D. num. 43.

Tanta est inter nostros opinionum confusio vt vix quæ communis sit intelligatur: nam Thesau. nouissimè decisio. Pedemonta. 70. à num. 1. hunc prosequens articulum pro vtraq. parte innumeros coaceruat, tandem affirmat placere sibi vt veriore & magis cõmunè, quod requiratur acceptatio. Ceterum in hac prouincia Senatus Regius recepit vt nulla adstante stipulatione notarij requiratur acceptatio refert Ludoui. Pegue. decisio. crimi. 148. num. 11. Cance. lib. resolut. 1. cap. 8. num. 27. superior tamen magis placet, vt multis rationibus defendit Rolan. conf. 19. à num. 22. lib. 1. Ofaf. decisio. Pedemon. 33. num. 4. Ceph. conf. 33. à nu. 1. lib. 1. Riminal. in rub. instit. de donatio. à num. 14. Surd. d. decisio. 111. à num. 6. idem decisio. 206. num. 3. & 4. cuius certè maxima est inter modernos authoritas, sed vt modo dixi in Cathalonia opinio altera suscipitur, & pro ea indicatur.

Rursus in quæri rectè potest quid si filia renuncians patri absenti mortua fuerit ante acceptationem patris, an possit pater post mortem acceptare & ratam habere renunciationem. articulus certè vt prior difficilis est. quem in terminis d. cap. quamuis pactum attingit Gutier. ibi num. 57. vbi scripsit ad illius explicationem videndum Alciat. in ca. cum contingat num. 112. de iur. iuran. Grego. Lop. in l. 4. titu. 4. par. 5. glo. magna ad finem. vbi tenent acceptationem fieri nõ posse. refert & Dida. in rub. de test. 3. part. nu. 13. contrariam tenentem: ipse autè Gutier. nullam ex his amplectitur opinionibus dubius permanens. Et licet vt Alciat. & alij quos refert Dida. d. loco moueatur ratione vna potissima, quia ratificatio re integra fieri debet iuxta traditionem Bartol. Decij. Rolan. & Nenizan. quos refert idem Surd. dict.

8 decisio. 111. num. 1. Et debet fieri in tempore habili eo scilicet, quo principalis actus potest expediri, ad notata per omnes ex. eo. tex. in l. bonorum ff. rem rat. habe. vt in terminis dixere Bart. Angel. Natt. Becci. Ofaf. Socin. Deci. Ruin. Curti. iuni. Cassan. Cagno. Tiraq. Alban. Plot. Caphal. & alij relati ab eodem Surd. d. decisio. num. 2. 3. 4. ex quo tamen non requiritur acceptatio vbi stipulatio intercedit notarij vt in superioribus dixi, potest ratificatio vel acceptatio fieri etiam post mortem filie renunciantis: sic multis rationibus & autoritatibus resoluit asserens ita decisum fuisse in illo Mantuano Senatu Surd. d. decisio. à num. 1. vsq. ad finem qui videndus, quoniam erudite vt solet & subtiliter prosequitur. Eandem opinionem & eundem articulum inter easdem personas decidit latissimè idem Surd. decisio. 206. à num. 1. vbi ex integro eandem facti speciem disputat, & prout in altera decisione id ipsum decidit cuius non repeto dicta: Quare nõ rectè sensit Cance. d. cap. 8. num. 25. qui expressim cõtrarium asserit, præmaximè quod in Cathalonia non requiritur acceptatio. Et decidit egregie Thesau. decisio. Pedemon. 70. num. 8.

9 Sanè si donatarius foret præsens tempore donationis non requireretur acceptatio expressa, præsumitur enim quisq. acceptare omnia, quæ ad illius commodum spectant; licet longe melius sit ad cautelam expresse acceptare. Dida. relatis multis in dict. rubri. de testa. 3. par. num. 13. Gutier. in dict. cap. quamuis pactum num. 58. fusè Menoch. præsump. 74. num. 6. lib. 2. dixi relatis alijs hoc lib. 3. sectio. 1. quæst. 5. ad finem. Quinimo si sola sciencia donatarij, & quilibet actus exterior, aut animi declaratio per quã conijci potest acceptatio sufficit; quia cum sit actus commodum adferens facile præsumitur, & vt dixit Surd. actus delectabilis Aretin. Deci. Caphal. Rolan. Dida. Menoch. Craue. Anchar. Bursat. Riminal. quos citat Surd. d. decisio. 206. num. fina. & alios decisio. 111. nu. 11. 12. 13. Thesau. qui eleganter decisio. Pedemon. 70. nu. 12.

10 Porro quod de præsentem dixi vt tacitè acceptasse videatur, intelligendum vbi præsens fuit, & quia id instrumentum confectum narrat, alioquin si dubitaretur an præsens quis fuerit vel absens, in dubio potius absentia quam præsentia præsumetur: Nico. Boeri. decisio. 153. num. 3. post Bald. & Pau. de Castr. ab eo relatos. Mencha. lib. 2. contro. illust. cap. 60. à nu. 1. & autoritate Crauet. resoluit Menoch. præsump. 84. num. 12. & 13. idem latius explicat præsump. 19. à num. 1. lib. 6. Rationem reddidit Menoch. dict.

d. præf. 84. quoniam homo suapte natura mouetur, neq. in vno, & eodè loco semper persistit, ob id non præsumitur quod in eo loco in quo vna hora fuit, altera hora subsequenti permanserit: Præterea cum sit facti probanda est ab eo, qui eam allegat, sicut & qui dicit absentiam similiter eam probare tenetur, quod latè tradit Menochi. dict. præf. 19. lib. 6.

13 Alter nunc in articulo excutiendus est, quid vbi renunciatio iurata esset, an vi huiusmodi iuramenti, quod præsentiam partis operatur vt mox dicam fiat vt acceptatio necessaria non sit in filia renunciante & iurante parte absente. Et quidem si præter iuramentum adsit notarij stipulatio iuxta a nobis in superioribus resoluta res caret difficultate, quod si stipulatio deficiat, adsit tamè iuramentum censuerunt multi adhuc acceptationem necessariam non esse, & quoniam operatur præsentiam partis glo. in ca. cordis oculus. 1. quæst. 7. verbo & per te, cuius autoritate consequenter & docuerunt aliqui quod licet de iure ciuili alteri stipulari nemo possit ex regula vulgata l. stipulatio ista §. alteri de verb. obliga. adiecto tamen iuramento licebit ex supra adducta ratione, quia præsentiam partis iuramentum inducit. Iason. post Barto. in d. §. alteri. num. 4. Roland. qui alios citat conf. 19. nu. 29. & 30. lib. 1. Afflic. decisio. 135. & 164. Anto. de Butr. Innocen. Imol. & Guido. Pap. quos refert & sequitur Cance. lib. 1. resolu. cap. 8. num. 23. asseritq. ibidem se ita obtinuisse in regia Audientia; addendi his Anto. Rub. consi. 117. num. 19. Peral. in l. cum pater §. a filia de lega. 2. Neuiza. conf. 35. num. 22. Menochi. conf. 371. num. 16. lib. 4. siue autem Cance. obtinuerit vel non obtinuerit veram non esse superiorum iudico traditionem, quam ex antiquioribus tenuit Henri. de Bouen. in auth. sacramenta puberum num. 87. C. si aduersus vendi. Corne. consi. 126. Deci. consi. 306. nu. 6. & conf. 432. num. 25. Archidi. magne apud Canonistas autoritatis in ca. quacunq. 22. quæst. 5. in versi. In glosa prima in fine nu. 4. Fortuni. Garc. in cap. 1. num. 23. de pact. Burg. de Paz. consi. 14. num. 21. & 23. lib. 1. illius filius Burg. de Paz. quæst. 10. num. 46. Ludo. Molin. tract. de primo. Hispa. lib. 4. cap. 2. num. 64. in fine, & num. 65. dixit comunem & veram Alciat. in cap. cum contingat num. 112. ex. de iur. iuran. Eandem nouissimè defendit Gutier. in d. cap. quamuis pactum à nu. 55. cum sequent. de pact. in 6. in versi. Re tamen accuratius perpensa; qui in secunda editione mutauit opinionem suã, subiungitque fore amplectendam in praxi & rectè, vere enim defendi contraria non

potest nisi sola illa ratione, qua mouentur ex d. glo. cap. quoribus cordis oculus, iuramentum scilicet operari partis præsentiam, & quoniam iam id est per fictionem, & licet queratur per iuramentum actio absenti, id intelligendum est reuocabiliter, non irrevocabiliter, nisi is cui a tertio stipulatio recepta fuit acceptauerit, ideo reuocari potest; neq. vsquã legitur quod recipiatur a Deo propter iuramentum, nisi quatenus ab eo cuius interest acceptetur, vt rectè animaduertit Alciat. d. cap. cum contingat num. 112. Moli. vbi sup. num. 65. Gutier. in dict. cap. quamuis pactum num. 55. ad finem.

17 Comprobat & autem hanc sententiam eleganter Ludoui. Moli. duobus similibus. Primum quod licet fauore piæ causæ alteri per alterum stipulatio fiat vt modo dixi, in donatione tamen facta Ecclesiæ, & pio loco acceptatio necessaria est, etsi nullus acceptet inutilis redditur glo. communiter recepta in l. illud C. de sacro. ecclesi. Iass. Deci. Curti. iunior Grat. Ruin. & alij quos citat idem Ludoui. Moli. dict. cap. num. 58. & dixit comunem præter nunc relatos Dida. in rub. de testam. 3. par. num. 13. alios adiungit Burg. de Paz. iunior quæstio. 10. num. 10. Gutier. in dict. cap. quamuis pactum num. 55. in fine. & his non relatis Cance. d. cap. 8. num. 20. 21. Thesau. etsi is aliquantum dubitet decisio. Pedemonta. 70. nu. 10.

18 Aliud & subiungit simile Molin. quoniam inquit itante statuto quod alteri per alterum obligatio queratur, intelligitur tamen dum tertius cui obligatio queritur acceptet, vt autoritate Alexan. Pau. de Cast. & Curti. comprobat d. cap. num. 63.

19 Addit ille ibidem in nu. 64. versi. Id ipsum etiam, iuramentum actum sui natura reuocabilem, non efficere irrevocabilem ex vulgata. tex. in cap. fina. de procura. vbi glos. communiter approbata, & alij omnes latè Dida. d. cap. quamuis pactum. 1. par. §. 4. a num. 1. alios sciens prætereo.

20 Accedat & superioribus quod sicut donatio, quæ est contractus principalis habet tacitam conditionem si acceptetur (intelligendo tamen secundum opinionem nostram vbi a notario non fuit stipulata) eodem modo iuramentum vt accessorium habet in se eandem conditionem si a parte acceptetur, quia regulatur a natura contractus, cui adijcitur l. final. cum similibus C. de non numer. pecuni. l. fina. ff. qui. satis. cogan. fusè idè Ludo. Moli. d. cap. a num. 56. Burg. de Paz. d. quæst. 10. num. 46.

21 Et probat & superiorem sententiam tex. apertus in l. certum §. si quis absente ff. de confess. vbi iuramentum parte absente

te factum & a nemine acceptatum non officit.

22 Thefaurus & autem d. decisio. 70. vir certe doctus nu. 8. vers. Ampliatur tertio in tam ardua difficultate post opiniones scriptorū ab vtraque parte dubius concordat in hunc modum; vel inquit agitur de iuramento assertorio aut de promissorio, si de assertorio, non obtinere iuramento acceptatio exigitur, vbi de promissorio minime, vt ille latius prosequitur.

23 Michi autem & videtur in hac controuersia non recte hucusq. expendisse interpretes nostros veram huius questionis resolutionē: Nam & iuramentum vbi pendet solum a iurante nullō interueniente facto vel interesse tertij, potest quidē libere reuocari; ita procedit tex. in d. ca. final. de procurato. cum similibus: at vbi agitur de interesse vel facto tertij, ipsius voluntas exquirenda est vt vis iuramenti sustineatur; nihil igitur mirum si acceptatio illius in cuius fauorem renunciatio facta est necessaria sit. Etsi enim & vinculum iuramenti grauissimum sit, potest tamē vbi de facto vel interesse tertij agitur remitti ab eo cuius interest, etsi quoad iurantem firmum maneat, neq. is solus illud tollere posset vel ei contrauenire propria auctoritate cap. 1. de iur. iuran. vbi a Panor. ceteri omnes docuerunt: Si igitur quisquam alteri aliquid dare vel facere promittit adiecto iurando, licet is obseruare iuramentum teneatur, potest tamen cui prestitum est, illud iuste remittere, eoq. ipso & Deus remittit d. cap. 1. & cap. 2. ex. de spōsa. ex diuo Thoma. Pala. Rub. Oldrad. & alij scribit Dida. in d. cap. quamuis pactum 1. par. §. 3. a nu. 1. Ad institutum nostrum sic dicemus, quod licet filia vel alter iurans renunciationem nequeat ipsam reuocare ratione iuramenti, quia tamen de facto & interesse eius, cui iuratum est agitur, illius voluntas (acceptatio scilicet vel refutatio) exquirenda est; acceptatio vt renunciationis actus sustineatur, refutatio vt deficiat simul cum iuramento, quod alioquin obseruandum erat.

26 Hinc deducitur & vera interpretatio illius sententię quam in contrarium adferunt aduersam partem tenentes, & quam vrgere admodum dixit Thefaus. d. decisio. nu. 8. ad medium; scilicet iuramentū operari partis presentiam vt scribunt Alexan. Iass. & alij supra adducti in d. §. alteri Rolan. & Afflic. relati ab eodem Thefaus. vbi supra. Nam propositio hæc intelligenda est ex fictione quadam retrotractiua vt ratum habens tertius, valeat actus a tempore prestiti iuramenti, non autem inde excluditur illius voluntas, qui posuit vt modo dicebam iuramentum remittere

vel admittere, consequenter acceptatio requiritur in renunciatione etsi iurata. Et hæc mihi vera videntur proculdubio etsi animaduersa.

27 Idem & censendum vbi renunciatio in iudicio facta fuisset, licet enim multi tenuerint quod vt vestita calore iudicij eo ipso valeat glo. in l. 1. ff. de cura. bo. dando Barto. in l. 1. C. de pact. vbi Iass. nu. 15. dicit ita omnes doctores tenere num. 23. Deci. nu. 26. Curti. iun. nu. 38. Gozadi. nu. 7. Ripa nu. 13. Zuchar. nu. 134. & his non relatis Thefaus. decisio. 70. nu. 11. id tamen intelligendum si fuerit a Iudice acceptata alias secus Bal. in l. postquam liti. nu. 6. C. de pact. Alex. ibidem Curti. iun. nu. 42. in d. l. 1. C. de pact. Iass. nu. 15. Zuchar. nu. 47. Rip. nu. 16. Cagnol. nu. 74. Rolan. consi. 19. nu. 20. lib. 1. Caphal. consi. 384. nu. 58. Ruin. consi. 164. nu. 13. lib. 5. & ita intelligendus est Thefaus. in d. decisio. & numero superius citato.

Alia multa adferri possent ad interpretationem huius articuli, an acceptatio absentis necessaria sit necne, quia tamen ad institutum tractatus nō pertinent, in quo solum de his agimus quę in capitulis matrimonialibus inter patrem, filios, vel alios aguntur, scilicet acceptatio requiratur vbi absentis donatio facta ad tex. in d. l. absentis septem modis extendit erudite, & sex restringit, maxima hinc inde scriptorum allegatione adducta, videndi, & Burg. de Paz. d. quæst. 10. per totam Surd. in citatis supra decisionibus.

SUMMARIVM.

- 1 Renunciatio hereditatis paternæ per filiam facta fratribus absque patris consensu, an valeat.
- 2 Pactum de non succedendo a sorore fratribus factum virtualiter continet pactum de succedendo.
- 3 Pactum de succedendo valet cum consensu eius de cuius successione agitur.
- 4 Actus principalis attenditur & non secundarius.
- 5 Renunciatio simplex nullum ius fratribus tribuit.
- 6 Renunciatio sua renunciatione dominium nō transfert.
- 7 Pactum de succedendo iuramento firmari non potest.
- 8 Renunciatio a sorore facta fratribus suis absque patris consensu non valet.
- 9 Actus principalis attenditur non secundarius, intelligitur nisi actus sit improbatu a lege.

Finis

- 10 Finis considerandus non verba.
- 11 Causa finalis etsi post dispositionem posita, prima tamen est in ordine intellectus.
- 12 Causa finalis prima est in consideratione disponentis.
- 13 Causa finalis primum principium est intentionis, & ultimum executionis.
- 14 Renunciatio a sorore fratribus facta cum consensu patris vsque ad mortem prestita, sustinetur.
- 15 Pater consensum prestitum filie renuncianti fratribus reuocare potest ante mortem.
- 16 Iuramentum in renunciatione positum non tollit facultatem patri reuocandi consensum.
- 17 Patris consensus facit vt id quod contra bonos mores est, esse desinat.
- 18 Filia, que fratribus renunciauit reuocato per patrem consensu poterit eidem patri ab intestato succedere.
- 19 Gaspar. Thefaus. opinio suspecta.
- 20 Renunciatio per filiam facta fratribus patre presente, valet.
- 21 Renunciatio per filiam facta in fauorem fratrum absentium patre tamen presente & acceptante sustinetur.
- 22 Pater sicut & publica persona potest stipulari pro filijs suis.
- 23 Pater stipulari potest pro filijs suis etiam emancipatis.
- 24 Renunciatio per filiam facta fratribus cum patris consensu publica persona stipulante valet.
- 25 Renunciatio per filiam facta absque ulla acceptatione patris vel publicæ personæ, minime sustinetur.
- 26 Filia renuncians in fauorem fratrum absentium vno tantum fratre presente & acceptante pro alijs an valeat illius renunciatio.
- 27 Frater pro fratre stipulari non potest.
- 28 Frater pro fratre in feudalibus stipulari potest.
- 29 Renunciatio per solam filiam facta in fauorem fratrum adhibito iuramento, inuvalida.
- 30 Renunciatio per filiam facta ceteris fratribus absentibus & post ratificantibus, iure sustinetur.

QVÆSTIO. LXXXIII.

RENUNTIATIO HAEREDITATIS PATERNÆ PER FILIAM FACTA IN CONTRACTU MATRIMONII FRATRIBUS SUIS ABSQUE PATRIS CONSENSU, AN IURE SUSTINEATUR ET SE FUERIT IURATA.



PPORTVNE nunc & queritur an cum pactum vel renunciatio patri per filiam facta iuramento sustinetur vt dixit tex. in d. cap. quamuis pactum de pact.

in 6. an idem sit vbi non patri sed fratribus a sorore fit. Nam non desunt qui existimaerint huiusmodi renunciationem valere, quales Roma. in l. qui superstitis ff. de acquir. heredi. Iass. expressim in l. fina. C. de pact. num. 13. eandem opinionem nouissime amplectitur Surd. qui Perusin. citat consil. 133. num. 4. libr. 1. Mouentur citati interpretes vna sed ea potissima ratione, quoniam hoc pactum de non succedendo vbi fit fratribus sic firmatur iuramento ac illud quod fit patri vna enim & eadem ratio, cur sustineatur militat in vtroque virtus scilicet iuramenti. Et quia in hoc pacto deficit illa ratio, quæ improbat pactum de succedendo, votum scilicet captandæ mortis, vnde sicut sustinetur pactum iuratum patri factum de non succedendo, ita & cum fratribus celebratum valere debet.

Huic & tamen Iassonis rationi satisfaciunt inferius citandi dicentes cum Bald. in cap. ad nostram num. 9. ex. de iur. iurand. quod licet pactum de non succedendo quod fit patri firmetur iuramento, tamen pactum de non succedendo factum fratribus vel sororibus licet in verbis videatur huiusmodi, virtualiter tamen & cum effectu est pactum de succedendo, deque hereditate & successione paternæ diuidenda, quod ex communi omnium voto tamquam inducens votum captandæ mortis improbat neque iuramento firmatur, iuxta communem omnium in l. final. C. de pactis, & in l. stipulatio hoc modo concepta de verbo. obligatio. & in dict. cap. quamuis pactum, in quo nullus dissentit, nisi vno & casu quoties consentiret is de cuius successione agitur, & in ea voluntate vsque ad mortem perseveraret dict. l. fina. C. de pact. vnde ad institutum quæstionis propositæ vbi vnus ex fratribus vel soror ipsa renunciat ceteris & non succedere promittit, diuidere hereditatem patris viuentis videretur, & inequaliter hoc modo succedere. Replicat & autem ingeniose Surd. dict. consil. num. 6. ad finem, quod licet quoad eum, cui fit renunciatio censeatur pactum de succedendo, non tamen attenditur nisi actus principalis illius, qui renunciat, & se ipsum ab hereditate excludit, licet secundario, & in consequentiam alius admittatur, ad notata in l. si quis nec causam de reb. credi. & subdit Surd. ita in specie respondere Decium consil. 31. num. 4.

Vu 2

Subiun;

Subiungit secundo subtiliter num.6.verf. Respondeo quoque quod communis opinio procedere posset ubi essemus in vero & expresso pacto de non succedendo, tunc ex simili conventionem frater in cuius favore fit, censeretur vocatus & videretur pactum de succedendo quia ad successione patris includitur, secus ubi sola renunciatio afforet filie qua simpliciter & pure renunciaret omnibus bonis, &c. Rationem & reddit Surd. quia ex nuda & simplici renunciatio nullum ius fratribus confertur, sed solum remouetur impedimentum, quod ex foris renunciantis persona erat ceteris fratribus paratum; operaturq. illud idem quod repudiatio per qua via succedendi aperitur illi, qui proximus est, nec tamen is dicitur habere successione a repudiante sed a lege, qua eam defert: citat traditionem Bartol. Bald. Castren. Alexan. Iasson. Curti. iun. in l. si profundo C. de transactio. ij & docent renunciantem non transferre dominium in aduersarium: Addit ille ibi num.7. dici non posse renunciantem a se dominium abdicare; quia fateri videtur se nullum ius habere in re, cui renunciat. citat glos. magnam in l. si maritus §. si negauerit ff. de adulte. Bald. Fulgosi. Alex. & Curti. in l. postquam liti C. de pact.

Adducit extremo in tuitionem suae opinionis hanc rationem; quod si pactum de non succedendo negatiuum, includeret pactum affirmatiuum de succedendo. respectu eorum ad quorum favorem fit renunciatio, numquam esset locus communi illi opinioni dicentium pactum de non succedendo firmari iuramento, quia & enim simul contineret pactum de succedendo iuramento firmari non posset. Ofasc. decisio. Pedemon. 100. num. 31. Molin. de Hispa. primog. lib. 2. cap. 3. num. 3. & passim omnes; utque dixi supra nullus fere dissentit & indubitatam opinionem dixit Mencha. tracta. de successio. creatio. §. 18. num. 196. Grass. in §. successio ab intestato quaest. 9. num. 1. qui multos alios Surd. dict. conf. num. 9. Arguta certe considerationes si verae essent, unde.

Contrariam & opinionem tenuit communis scola interpretum non valere huiusmodi renunciationem inter fratres patre minime consentiente ex dict. l. fina. C. de pact. etsi iurata foret Bartol. in dict. l. stipulatio hoc modo concepta col. 1. in fine Bald. in dict. cap. ad nostram Fulgosi. in l. pactum detali C. de collatio. Cuma. Alexan. Aretin. Corn. Grego. Natt. Rodri. Xuar. Anchar. Cæpol. Socin. Purpurat. Afflict. quos sequitur & refert Dida. in d. cap. quamuis pactum 3. par. in initio. nu. 5. Anto. Gom. in l. 2.2. Tau. nu. 31. Mencha. lib. 3. controuer. vsufreq. cap. 44.

num. 9. Gutier. in dict. cap. quamuis pactum nu. 2. & 3. & his non relatis Grass. in d. §. successio ab intestato quaest. 10. nu. 6. Adheret & nouissimè huic opinioni quamquam nullum referat, sed ita comunitè omnes tenere scribat Meno. conf. 196. nu. 37. lib. 2. idem Menoch. conf. 6. nu. 4. lib. 1. vbi addit Cassa. cof. 59. num. 4. & 5. M. A. Euge. conf. 12. nu. 54. 55. 56. lib. 1.

Superest nunc vt obiectis Surdi subtilissimis satisfaciam. Non itaq. obstat prima & consideratio illius attendi scilicet id quod principaliter agitur, nam iuris hæc regula non procedit in his, quæ a lege sunt improbata, & vbi qui agit dat operam rei illicitæ l. qui saccum ff. de furt. cap. qui saccum 50. distinct. etsi enim qui saccum pecunia plenum furatur suæ sit intensionis pecuniam tantum non saccum furari, quia tamen res illicita est, & in sacco furtum committere dicitur. docet Iasson. in dict. l. si quis nec causam nu. 21. 22. cum igitur pactum de succedendo sit improbatum a iure tamquam contra bonos mores, & inducat votum captandæ mortis, attenditur etiam si secundario, & non principaliter agatur. conferunt ea, quæ ex illo text. notant interpretes in l. non dubium C. de legi.

Secundo efficaciter respondetur quod licet soror renuncians fratribus sine patris consensu agere tantum videantur vt solum bonis paternis renunciet, quia tamen intentio principalis fratrum est vt patri in portione renunciata succedant, non secundario sed principaliter id agi dicitur; non enim verba sed finis considerandus est. l. et si non sint §. perueniamus ff. de auro. & argen. vbi Barto. hoc prodidit anxioma; Cum quid (inquit) propter aliud est, id consideratur propter quod est l. 3. C. de instit. & substitu. l. certum ff. de reb. credi. causa & enim finalis etsi plerumque post dispositionem reddi soleat, prima tamen est in ordine intellectus: id ipsum Bald. scribit in auth. ingressi num. 9. C. de sacro. Ecclesi. & in l. generaliter C. de Epif. & cleri. vbi & causam finalem primam esse dixit in consideratione disponentis & vltimam in fieri disposito idem Bald. in l. 2. num. 2. C. de locat. egregie scripsit, causam & finalem esse primum principium intentionis & vltimum executionis Socin. conf. 89. nu. 20. lib. 4. Paris. conf. 72. nu. 65. lib. 4. Hinc & Philosophi aiunt in rebus agendis finem principium esse: subtiliter Fortun. noster trac. de vltimo fine iur. in principio: cū itaq. finis fratrum in quorum favore fit renunciatio, non sit renunciatio sed pactum de succedendo, illud certe attendi debet tamquam primum in intensione.

Non

Non obstat secunda Surd. consideratio quoniam omnia ab eo tradita procedunt in renunciatione licita, & a iure approbata, quæ in consequentiã necessariã neq. contra bonos mores est, neque votum captandæ mortis inducit: in nostra specie secus est. ex his quæ superius dixi. Tum huiusmodi renunciatio a filia fratribus suis dicitur facta contemplatione ipsorum principalis, vnde & solis ipsis acquiritur Deci. num. 4. post Roman. & Socin. in l. si actionem C. de pact. Roland. qui alios confil. 26. num. 34. lib. 3. & suo in loco dicitur; consequenter efficitur vt quoad eos non repudiatio aut sola impedimenti remouit, renunciatio hæc iudicetur vt malè Surd. dicebat; quinimo consertur donatio dixi quaestio. 73. supra quia renunciatio ius portio nis renunciatæ fratribus accrescit: Neque etiam obest filiam renunciantem fateri se ius nullum habere, etsi enim in ceteris renunciationibus id procedere possit, in hac minime, cum filie debeatur paterna hereditas, etiam viuentè patre, spe quadam nedum probabili, sed necessaria l. scripto ff. vnde lib. l. nam etsi parentibus cum vulga. de inofi. testamen. Et proprie hæc renunciatio dicitur donatio vt de renunciatione facta a filia patri respondit Menoch. expresse confil. 6. num. 5. confil. 371. num. 17. lib. 4. dixi supra quaestio. 73. in principio. Ad hæc renunciationes, quæ a filiabus fiunt in parentes suos vt plurimum ea de causa celebrentur, ne cum modicum in dotem acceperint post mortem patris illius iudicium impugnent, vt dicebam in calce quaestio. 74. tum & quia text. in dict. cap. quamuis pactum nedum procedit in filia, quæ modicam dotem recepit, sed & in ea quæ nullam vt suo loco dicitur.

Non obstat tertia consideratio Surdi, fallax enim est quoniam non sequitur si pactum negatiuum de non succedendo, continet pactum affirmatiuum de succedendo, numquam esset locus communi opinioni dicentium pactum negatiuum firmari iuramento, at hoc est falsum ex d. cap. quamuis pactum. Non igitur hoc sequitur quoniam pactum negatiuum de non succedendo patri factum iuramento firmatur, at factum fratribus a sorore inconsulto patre minime valet; quia votum captandæ mortis inducit; respectu igitur patris valet firmatum iuramento, & respectu fratrum vbi eis fit renunciatio sciente & approbante patre etiam valet in alijs secus. locus itaq. est communi opinioni in his duobus casibus.

Ex his & inferitur quod si pater vsq. ad mortem in hoc consensu perseverauerit valeret renunciatio a filia fratribus iuramento con-

firmata, sic omnes supra citati affirmant quos retuli in versicul. Contrariam opinionem, &c.

15 Subsequenter & secundo inferitur posse patrem reuocare hunc consensum ante mortem licet renunciatio filie fratribus facta iurata foret, exigitur enim patris perseverantia vsque ad mortem dict. l. fina. C. de pact. 16 Neque & iuramentum appositum efficit vt qualitas illa continuæ perseverantia vsque ad mortem, alterari possit, cum sit ex natura contractus super quo interponitur ad text. in l. fina. C. de non num. pecuni. cap. quem admodum cap. ad nostram ex. de iur. iuran. tenuit hanc opinionem Bald. in terminis nostris in dict. cap. ad nostram in. 1. num. 9. Fulgosi. in dict. l. pactum dotali C. de collatio. Cuma. in l. stipulatio hoc modo concepta vbi Alexan. num. 12. & Iasson. post ff. de verb. obliga. Corne. in dict. l. pactum de collatio. Aretin. in l. qui superstitis de acquir. heredi. Grego. Natt. in dict. ca. quamuis pactum col. 4. limit. 1. Rodri. Xuar. in l. quoniam in prioribus limita. 5. ad l. regiam a num. 2. C. de inofi. testamen. Deci. num. 7. in dict. l. final. de pact. Purpura. num. 185. in eadem lege Anton. Gom. in l. 2.2. Tau. num. 31. Ludou. Molin. tracta. de Hispa. primog. lib. 2. cap. 3. num. 4. Gutier. in dict. ca. quamuis pactum num. 5. Mencha. contro. vsufre. lib. 3. cap. 44. a num. 9. idem latius qui duas & tres in comprobationem rationes adfert tracta. de successio. creatio. §. 18. num. 200. Et his non relatis in eandem reuocavit Iaco. Menoch. confil. 6. num. 4. lib. 1. Grass. in §. successio quaest. 10. nu. 7. qui nullum citat præter Dida. Surd. d. conf. 133. num. 17. lib. 1. ad medium vbi & expressim voluit perseverantiam patris vsq. ad mortem, idem Menoch. supra relatus conf. 496. nu. 80. lib. 5. Et licet Dida. in d. ca. quamuis pactum 3. part. in initio nu. 8. in 4. Et 5. casu dubitauerit, a communi tamen opinione recedendum non erit propter suam rationem; quia (inquit) eo & ipso quod patris consensus accedit in ea conventionem definit esse contra bonos mores d. l. fina. C. de pact. propterea debet pacifcentes obligare, cum illud seruare possint citra interitum salutis aeternæ, ex ratione dict. cap. quamuis pactum. Nam huic rationi ex superioribus satisfactum est satis, consensus scilicet perseverantiam fore de necessitate vt similis valeat conuentio d. l. fina. & iuramentum non immutat naturam conventionis; porro cum reuocatur consensus a patre iuramentum nociuum & suspectum esse incipit ei, de cuius agitur successione, consequenter tollitur; non enim minus perseverantia requiritur in hac conuentione quam in

Vu 3 vltima

ultima defuncti voluntate que vsq. ad mortem de ambulatoria est l. 4. cum vulgat. de adim. vel tranf. lega. quonia & in hoc pacto de hereditate post mortem patris tradenda agitur d. l. fina. de pact. vt recte animaduertit Meno. vbi supra. Infertur t̄ tertio ex superioribus quod si pater hunc reuocauerit consensum, poterit filia patri succedere ab intestato perinde ac si pactum nullum afforet, sic censent omnes supra relati auctores: non enim prestat impedimentum quod de iure non fortitur effectum ad tex. in cap. non prestat de reg. iur. quinimo et si idem pater iurasset idem dicendum foret glo. in d. l. fin. C. de pact. quam relatis Iasson. Paris. & Vafqui. dixit communem Crass. in d. §. successio abintestato quest. 9. num. 4.

19 Ex t̄ superioribus infertur an vera sit traditio Gasp. Thefau. Qui quest. 95. nu. 9. Opinatur validam fore renunciationem fratris vel sororis in fauorem aliorum fratru iurata, etiam si pater reuocauerit consensum, quia cum possit iuramentum respectu fratrum in quorum fauore fit renunciatio obseruari obseruandum est, proinde tenebitur frater renuncians, tempore delate hereditatis restituere portionem illa ceteris ad quorum fauorem fit renunciatio mouetur aliquibus rationibus, precipue autoritate Surd. d. conf. . Sed cum satisfecerim rationibus illius, & illius sententia repugnet communi opinioni non videtur de ea curandum.

Operepretium autem est inquirere an cu renunciatio iurata in fauore fratru fit a filia patris accedentis consensu, an necesse sit vt fratres presentes sint huic renunciationi. in quo articulo casus sequentes distinguendos esse puto. Primus t̄ est vbi filia renunciat patri presenti quoad effectum vt idem pater de bonis renunciatis possit libere inter filios fratresq. respectiue renunciantis disponere, tunc quidem cum renunciatio principaliter patri fiat & in illius commodum & utilitatem, licet secundario ea ratione vt inter filios suos liberius disponere possit, nulla fratrum presentia requiritur, sic optime ex mente Purpura. scripsit Dida. in d. cap. quamuis pactum 3. par. in initio nu. 6.

21 Secundus t̄ casus est, cum fit huiusmodi renunciatio a filia expressim fauore & commo fratrū absentium presente tamen patre & acceptante pro illis, hoc in casu sola ipsius patris presentia sufficit; potest t̄ enim pater stipulari pro filijs suis absentibus perinde ac si tabellio & publica persona id efficeret l. quodcunq. §. 1. l. quod dicitur vbi Barto. Alexan. Iass. & alij omnes ff. de verb. obliga. & innumeris adductis dixit communē Gabri. lib. 3. tit. de verbo. obliga.

conclu. 1. nu. 27. ego alios multos superaddidi hoc lib. sectio. 1. quest. 2. versicul. Quarto declaratur post principium, vbi inter alios citauit nouissimos tres Surd. decisio. 322. a num. 1. Menoch. conf. 489. num. 8. lib. 5. Peregrin. conf. 8. num. 42. vbi ex eiusdem Peregrin. sententia dixi t̄ idem esse in filijs emancipatis sicut in suis in potestate constitutis: Et in terminis proprijs quæstionis nostræ quod sufficiat autoritas patris presentis & acceptantis renunciationem docuit Dida. in loco proxime relato. & in eadem specie respondit Meno. conf. 371. nu. 9. lib. 4.

24 Tertius casus t̄ est, cum non pater sed tabellio & publica persona stipulatur; tunc idē iudicandum proculdubio vt scilicet valeat, sicut & de renunciatōe per filiam facta patri absenti ex cōmuni resoluimus supra quæstio. 76. post principium.

25 Quartus t̄ casus est vbi non ad fuit pater nec notarius qui pro absentibus fratribus acceptaret, hoc in casu nulla est renunciatō, & ea non obstante posset succedere filia. sic autoritate Alexan. Decij. Craue. Calcan. & Carol. Moline. resoluit recte Dida. in d. cap. in initio. 3. part. num. 6.

26 Quintus t̄ consideratur quando filia renunciat fratribus, & nisi vnus ex his presentis est qui acceptet an vnus acceptatio ceteris pro sit absentibus: quem casum interpretes non attigerunt in dict. cap. quamuis pactum.

27 Et t̄ quidem frater pro fratre absente stipulari non potest nisi is pater sit vt modo dixi, & seruus pro domino vel altera publica persona. §. alteri de verbo. obliga. instit. l. stipulatio ista §. alteri cum simili. de verbo. obliga. & in terminis quod frater pro fratre non possint docent Salicet. & Bald. in l. final. C. res. in. alios. act. qui t̄ speciale esse in feudis voluerint vt id possit frater pro fratre Curti. iuni. conf. 55. col. 1. Lofre. Parisi. & Iacobi. quos citat & sequitur in nostro casu loquens Menoch. conf. 371. num. 15. lib. 4. ita fit vt pro portione fratrem presentem & acceptantem pertingente, valida sit renunciatō: respectu aliorum minime, propterea filia in illis bonis succedere poterit ac si numquam renunciasset.

29 Sextus t̄ casus est vbi renunciatō a sola filia facta est adhibito iuramento; & licet multi crediderint iuramentum in hac specie partis presentiam supplere. Menoch. dict. confil. 371. num. 16. cum alijs multis quos retuli supra quæstio. 76. in versicul. Alter nunc articulus, tamen secundum opinionem veram quam delegi, cum iuramentum partis presentiam supplere non possit, iudicandum existimo renunciatōem inuvalidam.

Septimus

30 Septimus t̄ casus, & vltimus proponitur quando renunciatō per filiam absentibus fratribus facta, fuit post fratres ratificata valet enim a tempore ratificationis, quia renunciatō est iuris proprii donatio, dixi supra quest. 73. in principio. donatio autē absentis facta sequuta ratificatione valet, vt relatis multis cōprobat Rolan. conf. 19. a nu. 30. cum sequen. li. 1. Clar. in §. donatio quest. 12. & 13. dixi superius quest. 76. non repeto. & in terminis huius casus Menoch. d. conf. 371. nu. 17. 18. 19. Dida. in d. ca. quamuis pactum 3. par. in initio nu. 4. vbi Gutier. nu. 52. licet is obiter tantum: qui casus diligenter adnotandi sunt, vt a nullo congeſti.

SVMMARIVM.

- 1 Renunciatō filie patri facta in capitulis matrimonialibus, tacitam habet conditionem si filia superuiuat.
- 2 Matre exclusa, & illius filij.
- 3 Matre exclusa exclusi sunt filij; quando agnationis ratio habita est.
- 4 Masculus ex femina non debet esse melioris conditionis quam ipsa femina.
- 5 Renunciatō filie nocet nepotibus, quādo filia dotem congruam recepit.
- 6 Renunciatō filie competenter dotata potius satisfactio dicitur, quam renunciatō.
- 7 Renunciatō matris filijs nocet tunc maxime, quando heredes sunt matris.
- 8 Renunciatō matris tunc maxime nocet filijs, quando renunciauit pro se, & hereditibus suis.
- 9 Matris renunciatō in ampla forma filijs nocet.
- 10 Renunciatō filie tacitam habet conditionem, si ipsi hereditas fuerit delata.
- 11 Filij in locum matris subintrant ex propria persona, & legis beneficio.
- 12 Exhereditatio filij qui viuo patre decessit, non nocet nepotibus.
- 13 Renunciatō filie que dotem recepit, non nocet illius filijs.
- 14 Baldi dictum singulare.
- 15 Dotis receptio non immutat renunciatōis actam conditionalem.
- 16 Renunciatō filie non nocet nepotibus etiam hereditibus illius.
- 17 Renunciatō filie cum iuramento etiam addita clausula, quod renunciat pro se, & hereditibus suis, non nocet nepotibus.
- 18 Presumitur in dubio quemlibet prospicere sibi & hereditibus suis.
- 19 Natura contractuum omnium talis est, vt ad heredes transeat.
- 20 Renunciatō filie non nocet nepotibus, etiam si concurrant cum auunculis.

- 21 Renunciatō filie t̄c minus nocet nepotibus, quando nihil ex substantia paterna ad filios transmisiſit.
- 22 Renunciatō filie que dotem recepit, si preuicit patri, nocet illius filijs.
- 23 Renunciatō filie non nocet nepotibus, quando deficiunt filij primi gradus patris de cuius successione agitur.

QVÆSTIO. LXXXIII.

RENUNCIATIO PER FILIAM patri facta de illius hereditate in capitulis matrimonialibus tacitam habet conditionem, si filia renuncians superuiuat, & que inde utilitas.



XISTIMAVERVNT t̄ plerisque filiam que in contractu matrimonij renunciauit hereditati paternæ, si præmoriatur patri, nec filios quidem illius posse ad successiōem aspirare aui vel auig: cum t̄ enim nepotes ex persona matris venire debeant necessario, sicque ex radice infecta, exclusa matre in consequentiam & illius filij cap. 1. §. hoc autem notandum de his qui feud. dar. poss. cap. 1. de successi. frat. Quod t̄ regulare est in quibuscunq. successiōibus, & fideicommissis potissimè quando agnationis conseruandæ ratio habita est, vt relatis multis scribit Tiraquel. tractat. de primo. quest. 12. num. 5. quest. 14. num. 5. & tenere omnes dixit Carol. Moli. in consue. Parisi. §. 16. a num. 1. Pinel. in l. 3. nu. 19. C. de bon. mater. Aluar. Valas. tractat. de iur. emphi. quest. 41. num. 5. Grat. consil. 120. num. 14. communem dicens; ne t̄ melioris sit conditionis masculus ex femina matre, quam ipsa matre l. si viua matre C. de bon. mater. fusè Pinel. consil. 4. num. 5. Decian. respon. 127. num. 15. lib. 3. Peregrin. relatis alijs tractat. de fideicom. articul. 27. num. 18. Et statutum excludens filiam a successiōe excludit filium ex ea Bartol. Bald. Castren. Socin. Parisi. Corri. Brun. Cephali. & alij quos refert Surd. consil. 133. num. 2. lib. 1.

5 Eadem t̄ opinio quod scilicet talis renunciatō nocet nepotibus procedit, vbi mater dotem recepiſset congruam, vel saltem talem, vt parum ad congruam portionem legitime complendam deficeret; cum t̄ enim fuerit exoluta de sua portione nō proprie dicitur renunciatō sed satisfactio: huius opinionis author est Roman. in l. qui superstitis de acquir. heredi. Deci. in l. pactu dotali C. de collatio. & cof. 181. Ripa. res. 6. 1. par.

Rub. conf. 42. ad finem dixit communem Bello. conf. 15. num. 9.

7 Tunc etiam locum habet eadem sententia & maiori ratione quando filij, qui ex persona matris, quae praedecepsit venire cupiunt forent haeredes matris; non enim potest haeres venire contra factum defuncti l. cum a matre cum vulgat. C. de rei vindi. & quemadmodum mater si viueret contradicere non posset, ita neque illius filij haeredes, tamquam vna & eadem persona cum defuncto vt dixit text. in §. 1. in auth. de iur. iur. a mori. prest. Et factum haeredis reputatur factum defuncti. Deci. & Cagnol. in l. in haeredem de reg. iur. vnde in hac specie vt existentibus filij matris renunciantis haeredibus nequeat ad successione aui vel auiae peruenire tenuerit Guid. Pap. decis. 228. n. 2. Cassan. conf. 47. num. 33. Rub. d. conf. 42. Bellon. d. conf. 15. num. 10. Menoch. conf. 89. num. 115. vbi subdit quod dictum Bald. infra citandi in l. pactum dotali procedit, quando nepotes veniunt ex persona propria in vim successorij adiecti, omisa matris haereditate, secus si vt haeredes matris & vt tales veniant, quia aui iudicium impugnat non valent citat Deci. Rube. Cassan. & Dida.

8 Addendum et praedictis quod pari ratione admittenda esset superior opinio, quando mater renunciaffet pro se & haeredibus suis, excluderentur enim ex aperta matris voluntate vt innuit satis Guid. d. decisio. Deci. Cassan. & Bellon. in locis superius adductis Morant. disputa. 10. num. 6. Ratio et ea videtur quia cum mater renunciat tam ampla forma obligat filios vt haeredes, & quia filij ad eundem post hereditate matris quasi contrahunt cum his, quibus mater renunciauit ad text. in l. apud Iulian. §. final. ff. ex quib. cau. in post. ear.

9 Contrariam sententiam vt neque in praedictis casibus praemortua filia patri vel matri renunciatio iurata officere possit nepotibus, quo minus ad legitimam matri debitam illiusve supplementum & successione respiciue agere possint, tenuerunt multi alij numero & autoritate grauioribus; moti ea ratione, quod renunciatio et tacitam habet conditionem si filiae haereditas sit delata, haec autem conditio praemortuae filiae patri suo impleri non potest, necessarium enim erat vt patri superuiveret, vt haereditas ad eam deferri posset; cum igitur delata haereditas non fuerit renunciatio pro non facta habetur, vt in terminis dixit Bal. in d. l. pactum dotali quest. 2. de collatio. idem Bal. in l. fina. nu. 16. C. de pact. vbi Alex. Pau. de Cast. in l. qui superstitis ff. de acquir. heredi. Tiraq. tract. de primo. 40. n. 17. Philip. Fran. in d. ca. quauis pactum vbi Grego. Natt. nu. 59. Dida. in 3.

par. §. 2. nu. 4. Gutier. num. 61. Gram. decis. 57. nu. 39. Moran. disputa. 10. num. 8. Hanc etiam communem opinionem sequuti sunt Barto. Castren. Alexan. Aretin. Socin. Deci. Ruin. Gozadi. Rube. Rip. Natt. Bertran. Parisi. quos congesit Roland. conf. 11. num. 4. lib. 1. Anton. Gabri. qui & alios plerosque in commu. titul. de iur. doti. conclu. 1. num. 43. lib. 3. Petrucci. Crauet. Rodri. Xuar. quos citat & sequitur Surd. conf. 133. num. 19. lib. 1. Bello. conf. 15. num. 5. & praeter nunc citatos Grass. in §. legitima. quest. 4. num. 4. vbi Cephal. & alios paucos superaddit. Mencha. de successi. creatio. lib. 2. §. 18. num. 182. Coüarru. in d. cap. quamuis 3. part. §. 2. num. 4. Molin. de Hispa. primo. lib. 2. cap. 3. nu. 47. Anto. Gomez. in l. 22. Tau. num. 10. Gutier. in d. cap. quamuis pactum de pact. in 6. in final. capi. num. 2. & 3. nouissimè Thesau. decisio. 138. nu. 3. & Vincen. de Fran. decisio. 67. lib. 1. Telli. Ferdinan. in l. 6. Tau. nu. 62. nouissimè Moron. con. 22. per totum. vbi reiectis quibusdam distinctionibus interpretu indistincte hanc amplectitur.

11 Quae comunis et opinio praeter modo adductam rationem altero conuincitur argumento; quod vbi filia renuncians moritur ante patrem, cui fit renunciatio, filij subintrant in locum matris non quidem ex persona matris sed ex propria persona beneficio & legis prouidentia auth. cessante C. de legit. hered. representant quae eundem gradum in quo afforent si eorum mater inupta fuisset Barto. in l. vni. §. si filio ff. de coniun. cum Eman. lib. eius. idem Bart. Paul. de Cast. Imol. Aretin. & alij in d. l. qui superstitis de acquir. heredi. Alexan. & ibidem Castren. in d. l. pactum dotali. C. de collatio. & passim interpretes nostri vnde cum sit ius propriu nepotum ex eo non obstante matris renunciatione succedunt.

12 Tertio et iuuatur eadem opinio tex. egregio in l. si quis filio ff. de iniur. testam. quo aperte deciditur, exhaereditationem filij, qui viuo patre decedit, non nocere nepotibus ex filio, quia habetur pro non facta, sic renunciatio matris, quae pro infecta habetur nepotibus non nocet.

Quarto probatur simili tex. in l. si quis posthumus §. si filiu 2. respon. de libe. & posthu. in quo cum questu fuisset an nepos praeteritus rumpat aui testametu, quando illius pater exhaereditatus ante patrem mortuus fuit, respondit Iuris Consultus iure rumpere posse, id vero ex eo contingit, quoniam venit ex persona propria, quod si ex persona patris veniret non posset quia exhaereditatus fuit, at quia exhaereditatio effectum sortita non fuit quia haereditas delata illi est, venit nepos ex propria persona similis tex. in l. si patronis §. fina. de bon.

bon. libert. l. quoties ad finem ff. de nonatio. vnde de hac opinione neque disputandum amplius, vel dubitandum videtur: & his non relatis nouissimè Peregr. tract. de fidei. ar. ric. §. 2. num. 93. quae tamen opinio declaranda est vt sequitur.

13 Primo extenditur et etiam si filia dotem recepisset, etsi enim videatur ipsam debitam consequutam fuisse portionem; & consequenter illius filios ad aui vel auiae successione aspirare posse; cuius sententiae fuerunt Castren. conf. 419. lib. 2. Deci. conf. 181. num. 6. & in dict. l. pactum dotali num. 8. C. de collatio. Cassan. Bello. & Cagnol. quos refert Surd. dict. conf. 133. num. 19. ad finem Bero. conf. 49. num. 42. lib. 1. tamen contraria obtinuit opinio renunciationem non excludere filios filiae renunciantis dote recepta vel non recepta, cum ex ratione superius ab interpretibus tradita constet, tacitam inesse in actu renunciationis conditionem, si scilicet haereditas delata fuerit, quae conditio praemortuae filiae effectum sortiri non potuit tamquam defecta l. cedere diem de verbo. signific. Et vt dixit egregie et Bald. conf. 437. colum. 1. impossibile est quod quisquam renunciare successioni possit sibi numquam delatae quem refert Parisi. conf. 69. num. 63. lib. 3. Becci. conf. 74. num. 12. & hanc sententiam amplectitur communis schola interpretum Bald. in dict. l. fina. Castren. Alex. Aretin. Natt. Gozadi. Alciat. Rodri. Xuar. Crauet. Cephal. Becci. quos citat & sequitur Surd. dict. conf. 133. num. 20. vbi hanc dixit communem neq. in practica ab ea recedendum fore; & praeter relatos a Surdo idem voluerunt alij multi qualis Roland. d. conf. 11. nu. 7. lib. 1. Grass. qui aliquos in d. §. legitima quest. 4. num. 4. et Moron. d. conf. 22. Receptio enim dotis non immutat renunciationis actum conditionalem si haereditas deferatur, utroque igitur sine receperit mater dotem, vel non receperit eadem militat ratio.

16 Secundo extenditur et communis opinio etsi filij forent haeredes matris renunciantis, adhuc enim ad aui successione petendam admitti possunt; etsi enim videatur quod vt haeredes matris illius representent personam, neque illius possint factum impugnare vt dicebam in principio huius quaestionis, tamen quin veniant ex propria persona interdictum non est; rationem prodiderunt interpretes quoniam renunciatio matris sub conditione facta censetur, si haereditas fuerit delata, quae conditio cum effectum non fuerit sortita vt posset eadem ipsa ad successione admitti, sic illius filij; & quia ij petendo aui haereditatem non dicuntur contrauenire renun-

ciationi materna, quae non in eum casum sed in alium quando foret haereditas matri delata facta censetur; argu. text. in l. si legatum pure ff. de adimen. legat. l. aliquando cum similibus de condi. & demonstr. sic voluntas matris cum fuerit renunciare sub conditione si haereditas fuerit ei delata, & casus non contigerit, filij hoc modo succedendo non dicuntur contrauenire matris facto vel voluntati. quoniam renunciatio est stricti iuris, & non ad alios quam expressos casus extendi debet, vt multis citatis dixi supra quest. 73. quae non repeto. Moron. dict. conf. 22. num. 4. ad finem versic. Ego tamen, vbi magis receptam.

17 Tertio extenditur et vt & procedat cum mater in contractu matrimonij renunciat haereditati paterna vel materna cum iuramento, addita clausula quod renunciat pro se & haeredibus suis; etsi enim vt superius dicebam filia renuncians in tam ampla forma obligare videatur filios haeredes, & quia filij ad eundem haereditatem censentur quasi contrahere cum patre & illi quibus renunciat fuit haereditas; quia tamen filij haeredes ad eundem minime quasi contrahunt nisi in his in quibus remanet defuncti obligatio; in hac specie nulla apparet, nam vt dixi & mater ipsa contrauenire poterat tamquam defecta conditio sit sub qua renunciauit: propterea clausula praedicta pro se & haeredibus suis nihil operatur; sic interminis respondit Cornet. conf. 263. col. penul. quem in hac specie refert & sequitur Moron. in d. disputa. 10. num. 34. & iterum infra num. 41. Moron. supr. num. 4.

18 His addendum et quod subtiliter ad institutum considerauit Surd. dict. conf. 133. num. 29. quod licet quis in dubio videatur prospicere nedum sibi sed & haeredibus suis l. si pactum ff. de probatio. ideoque pacti & cuiusuis conuentionis ea est et natura vt ad haeredes transeat etsi de eis nihil dictum sit vt multis exemplis eleganter ornat, ex Angel. Bald. Tiraquel. Menochi. & alijs in eodem consilio Surd. num. 15. & in terminis proprijs renunciationis vt ad haeredes transeat Menochi. quem ille non refert, conf. 335. num. 42. libr. 4. vbi ad id Tiraq. & Socin. citat. tamen procedit in his, quae proueniunt ex persona renunciantis, non quoad ea, quae ex alterius dependent persona; vnde si filius renunciat haereditati sibi delatae renunciare non censetur ei, quae suo haeredi defertur; esset enim extendere terminos renunciationis, quae alioquin vt dixi quaest. 73. restringenda est omnino vt nisi personas expressas comprehendat. Quare promissio pro se & haeredibus suis sic interpretanda est, vt quid-

quidquid defunctus promisit heres observare teneatur, non autem quod promissio a defuncto facta extendatur in persona haredis; quia regula iuris sit ex persona haredis conditionem obligationis minime immutari, vel alterari l. 2. §. ex his cum similibus ff. de verbo. obliga.

20 Quarto extenditur ut procedat etiam si filij filia renunciantis concurrerent cum avunculis, non enim renunciatio matris noceret Bald. in dict. l. pactum dotali questio. 2. Bertran. consil. 47. Alexan. in dict. l. pactum dotali num. 7. vbi communem dixit Grass. in §. legitima questio. 4. num. fina. Anto. Gabri. in commu. tit. de iur. doti. conclu. 1. nu. 46. cum multis sequent. qui tamen varias in hoc refert opiniones; quia cum veniant iure proprio, & intrent locum matris non ex dispositione illius sed ex legis providentia ut in principio dixi quaestiois, siue concurrant cum avunculis nepotes, siue non, omni casu admittuntur ex propria persona; & ita fere omnes concludere respondit Surd. d. consil. 133. nu. 25. ad finem. Moron. laté. dict. consil. 22.

21 Quinto extenditur superior opinio ut multo magis procedat quando exclusa filia renunciatione, nihil ad filios ex substantia paterna transmisit, vel quia dotem nullam recepit, vel quia pater sibi reddi stipulatus sit, nepotes certe ex filio legitimam consequentur, quoniam ab intestato ad bona aui admitti possunt; rursus est testamentum possint de iure impugnare si nulla ingratitude causa adiecta praeteriti fuerint vel exheredati. Bald. in dict. l. fina. C. de pact. Berenga. qui communem in l. in quartam 3. part. num. 62. ad l. falcid. Rodri. Xuar. Nat. & Bertran. quos refert receptam affirmans Graf. in dict. §. legitima quaest. 4. num. 2. quidquid varijs adductis opinionibus inuoluat Gabri. in d. conclu. 1. num. 47. 48. 49.

22 Declaranda tamen sunt praedicta vno modo, quando scilicet et filia quae cum iuramento renunciauit relicta filijs & respectiue nepotibus, praerixit patri, ea enim si dotem fuisset consecuta quemadmodum ipsa exclusa est in totum ut in sequenti dicemus quaestione, sic & nepotes; quam communem dixere Berenga. in dict. l. in quartam num. 64. & Graf. in dict. §. legitima quaest. 4. num. 3. & praeter relatos idem censuerunt Alex. Deci. Benedic. Aretin. Castren. Ripa. Grammati. quos recenset Didac. receptissimam dicens in dict. cap. quamuis pactum 3. par. §. 2. nu. final. Molin. qui multos recenset tract. de Hispan. primo. lib. 2. cap. 3. nu. 47. Mencha. tract. de successio. creation. libr. 2. §. 18. num. 182.

Subdeclaratur egregie declaratio ut procedat, quando cum filijs renunciantis filia, supersunt alij filij primi gradus patris de cuius successione tractatur, secus vbi non extarent, sed alij agnati inferioris gradus, tunc renunciatio tamen non noceret nepotibus, sic post Paul. de Cast. & alios ab eo relatos resoluit Rodri. Xuar. in dict. l. quoniam in prioribus limi. 4. num. 10. C. de inofi. testam. Gabri. qui multos in commu. tit. de iur. doti. conclu. 1. num. 54. 55. Graf. in dict. §. legitima quaest. 4. num. 3. ad medium.

SUMMARIVM.

- 1 Filia potest renunciare hereditati paterna in commodum unius tantum, fratris ceteris exclusis.
- 2 Legitima in vita patris dicitur quasi debita.
- 3 Renunciatio stricti iuris dicitur.
- 4 Renunciatio intuitu certa persona facta ad eam tantum restringitur.
- 5 Renunciatio pura & simplex patri facta a filia, ceteris omnibus fratribus prodest.
- 6 Menochius consil. 197. declaratur.
- 7 Renunciatio per sororem vel filium facta in contractu matrimonij intuitu aliorum fratrum censetur facta.
- 8 Renunciatio per filiam facta in contractu matrimonij patri suo pro se, & heredibus suis prodest fratribus quatenus heredes sunt patris alia secus.
- 9 Mens in renunciationibus attendenda.
- 10 Renunciatio per filiam facta patri de bonis maternis an prosit fratribus ex secundo matrimonio natis.
- 11 Aretinus vir subtilis & doctus.
- 12 Renunciatio per filiam facta patri de bonis paternis & maternis ex opinione Aretini non prodest fratribus ex altero matrimonio.
- 13 Renuncians in alterius favorem hereditatem etiam recepto pretio, ipsam adire non videtur.
- 14 Maritus renuncians hereditatem donationis causa ut ad uxorem perveniat, iuste id facere potest.
- 15 Renunciatio iuris in quo differat a donatione.
- 16 Baldi opinio.
- 17 Aretini consideratio subtilis.
- 18 Differentia qualis inter renunciationem hereditatis delatae aut deferendae.
- 19 Portio repudiata accrescit portioni, non persona.
- 20 Praesumptio charitatis paterna perpendenda.
- 21 Aequalitas inter liberos servanda.
- 22 Renunciatio per filiam facta auget portiones filiorum non renunciantium.
- 23 Dyni consilium insigne.
- 24 Text. in l. fina. C. de dot. promissi. declaratur.
- 25 Dos materna ad filios spectat.

Fratres

- 26 Fratres utrinque coniuncti alios excludunt.
- 27 Renunciatio hereditatis non adita dicitur repudiatio.
- 28 Renuncians censetur conformare voluntatem suam cum dispositione iuris communis.
- 29 Fratres utrinque coniuncti in successione materna alios excludunt.
- 30 Renunciatio filia fratribus prodest ubi facta fuit ante transitum patris ad secunda vota.
- 31 Statutum quod lucrum dotis deserti superstiti, altero sine liberis moriente intelligendum est de liberis prioris matrimonij non secundi.
- 32 Pater pro filijs in dubio bonum consilium capere praesumitur.
- 33 Renunciatio per filiam facta patri de eo omni quod petere posset super hereditate occasione dotis materna & bonorum illius, valet cum iuramento, etiam quoad exclusionem illius ab hereditate materna.
- 34 Renunciatio per filiam facta patre acceptante solius patris contemplatione facta censetur.
- 35 Renunciatio duarum sororum quibus delata erat hereditas patris una cum fratre si una ex his sororibus faciat fratri pactum de non petendo, non proderit alteri sorori renunciatio.
- 36 Renunciatio simplex absque pacto de non petendo illi soli prodest cuius contemplatione fit.
- 37 Renunciatio filiae de hereditate materna contemplatione patris vel fratris facta prodest solum ei cuius contemplatione facta fuit etsi hereditas materna per filiam adita non fuerit.
- 38 Renunciatio filiae propter datam dotem videtur recompensatio potius quam donatio.
- 39 Donatio patri facta pro se, & filijs suis intelligitur facta pro filijs ut heredibus.
- 40 Aequalitas inter filios servanda in dubio, secus vbi de contraria voluntate constat.
- 41 Aequalitas inter liberos servanda tempore mortis testatoris, secus post.
- 42 Text. in l. finali C. de dotis promissione expenditur.
- 43 Pactum de non petendo ei soli prodest cui factum est.
- 44 Repudiatio contractus non dicitur.
- 45 Pactum de non petendo & liberatio absque acceptatione non valent.
- 46 Stipulatio pro heredibus concepta ad patrem & illius heredes tantum referenda est.
- 47 Clausula pro heredibus suis operatur ut ad solum patrem referri possit.
- 48 Contrahens nomine alicuius officij non tenetur de proprio, secus tamen si obligetur pro se & heredibus suis.
- 49 Pactum de non petendo factum uni prodest alijs quando id constat ex verisimili mente pacipientium.
- 50 Verba intelligenda secundum mentem & conditionem persona loquentis.
- 51 Mens & intentio patris talis iudicari debet qualis de iure esse debet.
- 52 Verba licet generalia restringuntur ne sequatur absurdum.
- 53 Verba licet generalia interpretantur ut vitentur fraudis euentus.
- 54 Verba interpretanda sunt eo respectu quo prolata fuerunt.
- 55 Naturalis coniectura prevalere debet accidentalibus.
- 56 Pater iure natura dictante tenetur filias dotare.
- 57 Pater dotando non dicitur donare sed magis paternum debitum exolvere.
- 58 Renunciatio per filiam facta patre presente & stipulante, non est simplex renunciatio.
- 59 Indefinita oratio non aequi potest uniuersali in odiosis.
- 60 Auctoris conciliatio, inter contrarias opiniones.
- 61 Verba licet generalia habilitatem praesupponunt.
- 62 Verba generalia ab homine prolata ad habilitatem restringenda non sunt.
- 63 Empiteosis Ecclesiastica ad heredes extraneos non transit nisi verbis generalibus fuerit concessa.
- 64 Substitutio filio facta de Titio & illius heredibus intelligitur de descendantibus, nisi dictum fuisset omnibus vel quibuscunque.
- 65 Immunitas concessa non extenditur ad collectas, indietas tempore belli, nisi dictum fuisset omnibus vel quibuscunque.
- 66 Verba inuestiturae, pro se & heredibus restringuntur ad habiles nisi dictum fuisset omnibus vel quibuscunque.
- 67 Legatum generale de omnibus bonis mobilibus quouis nomine nuncupentur comprehendit animalia se mouentia licet in superioribus testamenti locis facta fuisset enumeratio plurium specierum.

QUESTIO. LXXXV.

FILIA QVAE IN CAPITVLIS matrimonialibus paterna renunciauit hereditati cum iuramento in fauorem fratrum, an soli fratri recipienti, an vero alijs omnibus prosit.



IN superioribus dixisse tamen memini, posse patrem filio stipulanti & recipienti renunciationem sororis consensum praestare, quae 77. nunc autem addendum est, posse & patrem ita pro se filia consentire

sentire ut si velit filia ad fratris tantum, cui renuntiatio fit commodum renunciare soli ei renuntiatio pro fit ceteris exclusis: Neque enim iniuriam inferre alijs filijs dicitur, quoniam renuncians filia suæ renunciat legitime portioni, cui in vita etiam patris sibi quasi debita dicitur ad glosam communiter approbatam in l. 3. C. de iur. & fact. ignor. & quasi dominus dicitur filius vivente patre l. in suis ff. de libe. & post. §. sui instit. de hered. quali. & differen. si igitur filia in commodum unius tantum renunciet authorante patre recte facit, neque præiudicium alijs infert filijs; docet Gutier. in dict. cap. quavis pactum num. 6. de pact. in 6. qui tamen nisi Bald. & Rodri. Xuar. citat. Eandem ergo opinionem tenuerunt Roman. & Bartho. Socin. in l. si actionem, quos ibidem sequitur Deci. num. 4. C. de pact. Alexan. consil. 149. num. 5. lib. 7. Parisi. consil. 26. nu. 31. & consil. 69. num. 53. lib. 3. Ruin. consil. 98. num. 17. li. 1. alios citat & sequitur Roland. consil. 26. num. 34. lib. 3. novissimè Surd. consil. 133. num. 23. lib. 1.

3 Et quidem & optima ratione moventur interpretes nunc citati, quoniam cum renuntiatio fit stricti iuris, non continet personas nisi specialiter expressas, ut dixi hac sectio. quæ. 73. ad inclusionem enim unius sequitur exclusio alterius, l. cum prætor cum vulgat. de iudi. sic statutum includens unam personam dicitur alteram excludere. Bartol. in h. 2. §. videndum num. 1. ad Tertul. Parisi. consil. 20. num. 41. lib. 2. sed & generalis (quod fortius est) renuntiatio intuitu, & contemplatione certæ personæ facta ad eam tantum restringitur, l. Paulo Callimacho de lega. 3. dict. l. si actionem C. de pact. vbi omnes notant: Rursus renuntiatio illi soli prodest, cui prodesse renunciantis interest, l. & heredi §. final. ff. de pact. Calca. consil. 33. nu. 23. Corne. consil. 291. num. 8. libr. 4. Rodri. Xuar. in dict. l. quoniam in prioribus limita. 5. num. 1. C. de inofi. Gutier. vbi supra num. 8. Surd. decisio. 209. num. 10. & decisio. 163. num. 10. vbi multos citat.

5 Huic tamen communi & sententiæ locus non est cum renuntiatio patri facta fuit simplex & pura, ea enim hoc in casu prodest omnibus ceteris fratribus & sororibus, dupliciter enim fieri potest, vno modo simpliciter, altero intuitu & contemplatione alicuius ex fratribus; priori modo cõcepta omnibus prodest, ita intelligendus Dy. Specula. & idem Bald. qui eos refert in dict. l. pactum dotali quæ. 6. num. 8. Castren. nu. 2. Boeri. decis. 184. num. 3. atque ita eos intelligit Gutier. supr. Surd. dict. consil. 133. num. 21. ad finem, idem Surd. consil. 446. num. 14. li.

6 3. consil. 244. num. 12. lib. 2. & Et licet Menochi. consil. 197. contrarium sentire videatur, idem tamen in eo casu declarat se ipsum iuxta superiorem interpretationem, nu. 83. in versic. Non obstat quartum argumentum. vbi expressim fatetur renunciationem factam intuitu unius ex fratribus illi soli prodesse. Placet vero illius consilium in sua specie in qua renuntiatio facta erat intuitu & contemplatione aliorum filiorum etiam nasciturorum, consuluit enim ille multis rationibus ad nepotes ex filijs extendi, quod is fuscè prosequitur.

7 In dubio & igitur renuntiatio facta per sororem, vel filium in contractu matrimonij censetur facta intuitu fratrum suorum ut modo dicebam, & præter relatos ibi, idè scripserunt Caphal. consil. 65. nu. 42. lib. 1. Becci. consil. 74. num. 20. Capi. decisio. 190. Rolan. consil. 26. num. 34. Socin. iuni. consil. 184. nu. 15. lib. 2. alios multos recensui infra quæst. 86. versic. In dubio vero.

8 Sanè & renuntiatio per filium facta patri pro se & heredibus suis acquirit ius filijs patris; quatenus tamè sunt heredes patris alias secus: sic post Alexan. & alios ab eo relatos respondit egregie Parisi. consil. 26. num. 27. cum sequent. lib. 3. consil. 69. num. 49. eod. li. Bero. consil. 97. num. 6. lib. 1. Menochi. dict. consil. 6. num. 15. ad finem Surd. consil. 244. num. 14. ad medium libr. 2. Didac. in dict. cap. quamvis pactum 3. part. §. 3. num. 4. versic. Septimo si pater de pact. in 6. alios citat Menochi. dict. consil. 6. rationem reddunt interpretes & modo citati; quoniam ex adiectione illius qualitatis, heredum, constat de mente patris volentis solam renunciationem filijs heredibus à se institutis non alijs prodesse, & cum pactum unum factum alijs non profit l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. sic renuntiatio unum facta ad alium non extenditur l. si vnus vbi Bald. l. sicut C. de repud. heredi. l. iubemus C. ad Velleian. Castren. Roman. Crot. & alij multi relati à Tiraquel. tract. de retract. consanguini. §. 1. glos. 9. num. 127. ornat Surd. consil. 244. nu. 8. 9. 10. li. 2.

10 Ex his inferri & potest ad quæstionem insignem & celebrem, quam movit post Boeri. ab eo relatum Gutier. in dict. cap. quamvis pactum num. 62. de pact. in 6. scilicet an renunciatione facta per filiam patri de bonis maternis, quæ in dubio intuitu & contemplatione omnium fratrum facta censetur; num si pater ex secundo matrimonio alios filios suscipiat, qui & fratres etiam sunt consanguinei dicte renunciantis, an ij ad portionem maternam renunciata admittendi sint vna cum fratribus prioris matrimonij; quæstio certè subtilis, & quæ indices contingere potest,

potest, quam Gutier. in dict. loco & indiscussam & indecisam relinquit se referens ad solam decisionem Boerij 184. in quo articulo viro ingenioso licet amplissimè peruegari: Ego fideliter referam authores, qui affirmatiuam tenuerunt, & eos qui negatiuam, subiungens eorum fundamenta & rationes, quibus ipse alias vtrinque superaddam.

11 Aretin. & igitur in hac ipsa facti specie respondit, quem virum subtilem & acutissimum passim Iasson dixit, & cuius ingenium & summam eruditionem admodum extollit Tiraq. multa de eo dicens de legib. conubia. glo. 2. nu. 62. & de quo dixit Barto. Soci. consil. 111. in fine lib. 1. & cõs. 93. lib. 4. quod numquam vel raro fallitur, & idem Iass. affirmat in l. nam & postea §. si minor ad finem. de iur. iuran. is inquam consil. 91. vifo themmate ad me transmissio à nu. 1. & per & totum defendit renunciationem de bonis paternis & maternis per filiam factam patri recipienti pro se & heredibus, solum prodesse filijs & respectiue fratribus renunciantis filij, nõ cæteris fratribus ex alio matrimonio & diuersa matre procreatis, mouetur ex sequentibus.

13 Primo & quoniam renuncians in alterius fauorem etiam recepto prætio hereditatem, ex ipsa renunciatione hereditatem adire nõ videtur; neque ius suum in alterum transferre l. fuit quæstionis de acquir. heredi. l. licet l. si quis pecuniam ff. si quis omis. cau. testam. & probat satis aperte text. in l. si sponsus §. si maritus ff. de donatio. int. vir & vxor. & vbi cum maritus renunciat hereditati causa donationis, ut hereditas ad vxorem perueniat, donatio valet, quia maritus non minuit renunciando de sua substantia, licet nõ adquirat, de quo text. & notatis in eo dixi fuscè hoc lib. sectio. 3. Renunciatio ergo (ait Aretinus) ad alterius instantiam facta inclusa non habet hereditatis aditionem: vnde expressim Iulianianus in l. cum oportet §. cum autem in versic. & Sed nisi; differentiam constituit inter translationem iuris, quæ fit per renunciationem, & eam, quæ fit per donationem: sic enim ait. (Sed nisi specialiter vel in emancipatione huic premio renunciantur, vel donatione facta sese & ab huiusmodi beneficio alienauerint.)

16 Subiungit deinde idem Aretin. hanc firmare assertionem Dyn. in quodam consilio ordine tertio, quem scribit referre & se qui Bald. in l. pactum dotali quæstio. 8. C. de colla. vbi asserit sororem renunciantem hereditatem unum ex fratribus suis recipienti, nihilominus hereditatem renunciata non ad solum recipientem sed ad alios pertinere fratres, quia illis accrescit, sicut si simpliciter repudiata fuisset; nisi ut Bal. ait adesset aliqua

probabilis coniectura donationis in personam fratris recipientis.

17 Ex his & infert subtilis Aretin. subtiliter, quod vbi deficit donationis coniectura, renuntiatio facta ab aliquo presente & recipiente, non est donatio sed pura renuntiatio: comprobatur ibi Aretin. auctoritate eiusdem Bald. in dict. l. pactum dotali 2. quæstio. & Barto. in l. qui superstitis de acquir. heredi.

18 Tertio idem & Aretin. eundem citat Bal. in l. final. C. de pact. conuen. ait summam esse differentiam cum filia renunciat hereditati delatae an deferenda, ut priori casu renuntiatio stet in suis terminis, & proprie repudiatio dicatur: altero casu donatio magis iudicetur: differentia rationem assignat, quoniam cum filia renunciat hereditati paternæ & promittit nihil amplius petere in bonis suis, pater ratione huius conventionis liberatur à quodam debito, quia legitima est quasi debita filijs simul cum hereditate l. scripto ff. vnd. libe. l. si quis legatum ff. ad l. falci. proinde cum pater liberetur ab hoc debito potest rectè vocari donatio: ex his sequitur quod cum sit repudiatio & non donatio patri facta, portio repudiata accrescet portionibus aliorum fratrum; & de natura enim est iuris accrescendi ut portio repudiata accrescat portioni non personæ l. si totam l. qui ex duabus ff. de acquir. heredi. Bartol. & ceteri omnes in l. reconiuncti de legat. 3.

20 Quarto idem & Aretin. argumentatur, in prædicta specie voluisse potius patrem recipientem consuluisse ceteris filijs & fratribus respectiue eiusdem filia renunciantis, quam aliquid patri recipienti donasse: quia inquit præsumptio charitatis paternæ nos ad id credendum inducit; & cum præsumendum sit in dubio patrem velle æqualitatem seruare inter liberos suos l. fina. C. communi. vtri. iudi. hac autem minime seruaretur si filij secundi matrimonij haberent dotem matris suæ præcipuam, quæ patris facta nec alterius minui potest, filij autem primi matrimonij nõ haberent bona materna pro his solis, quoniam diuidenda essent cum filijs secundi matrimonij. Hucusque Aretin. qui scribit ibidem hanc opinionem continere summam æquitatem & remouere scandalum inter liberos propterea amplectendam. Et vere negari nõ potest quin sit opinio admodum æqua & benigna. & Hinc ob æqualitatem inter liberos seruandam consuluit nouissimè Peregrin. & pulchre quidem consil. 71. num. 8. & 9. quod filia testatoris defuncti debet ab illius filijs & heredibus dotari eadem quantitate, quæ fuerunt aliæ dotatæ per patrem.

22 Quinto hanc opinionem & in eadem facti specie amplexus fuit Nico. Boeri. decis. Burdega.

Burdegalen. 184. per totam ubi in principio num. 1. dixit quætionem hanc esse sicut hydram, cui absciso vno capite alia renascebantur; num. 2. pro hac ipsa sententia adduxit similem superioribus per Aretin. adductis rationem quia (ait) cum de iure communi delata foret hereditas materna tam filijs masculis, quam feminis l. final. C. de libe. præteri. l. lege. C. de legi. hæredi. consequenter renunciatio per filias facta augere debet portionem coheredum, id est filiorum masculorum non renunciantium l. 3. §. final. cum duabus sequent. de bono. possessio. secund. tabu. l. 1. C. quando non peten. par. l. vni. §. his ita C. de cadu. tollen. et citat & Dyn. consil. 6. dicentem, quod si vnus ex fratribus renunciat vni tantum ex fratribus portionem suam, prodesse renunciationem voluit omnibus alijs, cum veniat ex natura iuris accrescendi vt portio portioni non personæ obueniatur d. l. si totam & l. qui ex duabus ff. de acquir. hæredi. ita fit vt cum in portionibus aliorum debita in bonis maternis succedere nequeat filij secundi matrimonij, renunciatio huiusmodi ipsis prodesse non possit, & hoc fuit in effectu primum Aretini argumentum in dict. consilio: tandem idem Boeri. refert alteram Aretin. rationem supra in quarto argumento adductam, & subiungit in fine decisionis, quod quamuis alteram partem tamquam magis comunem sequuti fuerint plures ex consiliarijs illius Senatus, tamen maior pars inclinavit in hanc vt æquioris & magis benignam, & seruantem æqualitatem inter filios: & ita fuit iudicatum.

Hæc sunt argumenta quæ ab his in tuitionem huius opinionis adferuntur. Sexto Alexander consil. inferius citando num. 1. & 2. eadem vtitur argumentatione, qua Boerius aut verius eam sumpsit ab Alexan. quem is refert, & Alexan. ab Aretin. in dict. consil. 91. dicens portionem hæc repudiata ad filios, & respectiue fratris renunciantis spectare debere, quia cum foret de lata hereditas materna tam filijs quam feminis dict. l. final. C. de libe. præte. l. lege C. de legi. hæredi. renunciatio per filiam facta necessario augere debet portiones aliorum coheredum masculorum non renunciantium dict. l. 3. §. final. cum duabus sequenti. de bono. possessio. dict. l. 1. C. quan. non peten. par. cum ex natura iuris accrescendi proneniat vt portio repudiata portionibus aliorum non repudiantium accrescat vt supra dictum est.

24 Addit idem et Alexan. comprobare hanc opinionem tex. in l. final. C. de dot. promissi. in quo text. probatur patrem filiam dotantem, etsi dixerit se eam dotare de bonis suis proprijs quam etiam matris, vel ex rebus

debitis ipsi filie, nisi tamen pater inopia laboraret, intelligitur patrem dedisse de bonis suis proprijs, ratione officij paterni, cui incumbit filias dotare.

25 Septimo Surd. et in consil. mox citando num. 1. hac vtitur argumentatione certum est matris dotem ad filios spectare, consequenter renunciatio à filia facta, cõsetur fauore aliorum fratrum suorum facta in dubio. Salice. Alexan. Butigel. Corne. Parisi. Socin. iuni. Bero. Capi. Rolan. Caphal. Becci. quos ille recenset; addit ibi autoritate eiusdem Becci. consil. 74. num. 20. procedere hoc nedum fauore masculorum, sed & quarumcunq. aliarum personarum dum subsit verisimilis coniectura vt ille ibi, & dixi supra in principio. Inde Surd. argumentatur sororem renunciantem in dubio videri renunciare ad commodum fratrum vtrinque coniunctorum non eorum, qui ex alieno vtero; quia et sicut vtrinque coniuncti excludunt consanguineos §. si igitur defunctus in auth. de hæred. ab intest. veni. auth. defuncto ubi omnes C. ad Tertulii. S. C. cum alijs multis illic ab eo citatis, & alios refert decisio. 239. a num. 1. Soror hæc ratione censetur magis diligere vtrinque coniunctos fratres quam consanguineos tantum, ex quo dilectio ex ordine sanguinis procedit, & secundum ipsam regulatur renunciatio; quare cum omnes dilexerit, consequenter eorum omnium contemplatione renunciassè videtur; quod fuit originale dictum Dyni in allegato consil. 6. quem sequuti sunt Doctores superius relati, Bal. Aretin. Alex. Rube. Fabian. & alij relati ab eodem Surd. consil. nunc citando, num. 3. ubi in extremis verbis subdit hanc esse opinionem Aretini, quam dixit habere maximam æquitatem & ideo amplectendam.

27 Subiungit et idem Surd. num. 4. §. 5. & 6. quod cum hæc renunciatio sit mera repudiatio quoniam adita non fuit matris hereditas, & qui renunciat adire non videatur dict. l. fuit quætionis ff. de acquir. hæredi. cum alijs multis in ornatum ab eo adductis ibi, sequitur portionibus aliorum fratrum accrescere debere non personis, dict. l. si totam de acquir. hæredi. cum plerisque alijs ab eodem adductis, quæ omitto.

28 Addo ipse in tuitionem eiusdem Aretin. opinionis sequentes rationes. Prima et quia filia renuncians, sicut & alius quilibet disponens censetur in dubio conformare voluntatem suæ dispositionis, cum dispositione iuris communis glos. Barto. & alij omnes in l. heredes mei §. cum ita ad S. C. Trebe. Surd. decisio. 272. num. 2 §. alios sciens prætereo.

29 Caterum et de iure communi in successione hereditatis maternæ filij vtrinque coniuncti alios

alios excludunt d. §. si igitur defunctus, & d. auth. defuncto C. ad Tertulia. ita fiet vt renunciatio filie in materna hereditate non ad commodum filiorum alterius matrimonij, sed fratrum tantum vtrinque coniunctorum facta censeatur, cum ij soli de iure communi succedant.

30 Secundo aut filia et renunciauit hereditati maternæ ante transitum patris ad secunda vota, aut post: priori in casu renunciatio filie non fratribus ex secunda vxore prodesse potest, quoniam cum sit facta contemplatione patris & illius filiorum non est verisimile in eo renunciationis actu de filijs secundi matrimonij cogitare voluisse, quia secunda nuptiæ sunt odiosæ, quæ tãquam filijs prioris matrimonij tantopere præiudiciales & tristissimi plene euentus consideranda non sunt, argu. text. in l. inter stipulantem §. sacram de verb. obligat. l. si quis posthumum in principi. ff. de libe. & posth. concludit tex. egregius in l. si quid earum in fine de legat. 3. (Quæ enim ait tex.) posterioris vxoris causa parata sunt, etsi ei assignata non sunt legato cedunt. Atque prioris vxoris causa parata sunt, ita posteriori debentur si ei assignata sunt, quia non ita de posteriore vxore cogitatum cum pararentur; cum igitur tempore renunciationis de posteriore vxore cogitatum non censeatur, renunciatio ad filios secundi protendi nõ debet: Inde scripsi multorum autoritate hoc libr. sectio. 1. quæst. 8. versi. His quidem argumentis, et statutum deferens dotis lucrum coniugi superstiti altero absque liberis moriente, intelligendum de liberis prioris matrimonij non secundi, quia de liberis alterius vxoris non censetur cogitasse vt inibi varijs ornavi iuribus & autoritatibus interpretum.

31 Secundo in casu ubi filia renunciauit bonis maternis post transitum patris ad secundas nuptias idem videtur, quoniam non est verisimile patrem sua stipulatione vel pacto filijs prioris matrimonij nocere, quibus & non alijs materna debetur hereditas: et quia præsumendum patrem pro filijs in dubio bonum capere consilium l. nec in ea ff. ad l. Iulii. de Adulte. cum nullus amor vincat paternum l. final. de curato. furio. fusè Alciat. tracta. de præ. regu. 2. præf. 1. a num. 1. Menochi. qui multos in commen. de arbit. iudi. quæst. casu. 149. a num. 5. Ofas. decisio Pedemont. 180. num. 6. ubi Castren. Bal. Curti. & alios recenset. Hæc certè admodum vrgent pro Aretini opinione. Contrariam sententiam in eadem facti specie tenuit Alex. consil. 149. lib. 7. per totum, & nouissime pro ea respondit Surd. consil. 244. a num. 1. li. 7. Mouentur citati duo interpretes his inter alia fundamē-

33 tis præcipuis: ante omnia autem Alexand. d. consil. num. 3. præsupponit veluti anteludium quoddam certissimum, et quod renunciatio patri facta per filiam de eo omni quod petere posset, vel habere deberet in & super hereditate & bonis patris occasione dotis matris & bonorum illius, valet nedum vt excludatur filia vel filie renunciantes ab hereditate patris ipsarum iuxta tex. in ca. quamuis pactum de pact. in 6. sed & valet quoad exclusionem earum ab hereditate materna, præmorta iam matre; cum iuxta receptionem & verioris opinionem (de qua nos suo in loco dicemus) renunciatio facta per filiam patri ab intestato defuncti excludat ipsam ab intestati successione, maxime adstantibus filijs masculis fratribus renunciantis filie; sic Alexan. supra qui latius cõprobat: quo iacto fundamento. Primo et argumentatur non dubium fore quin renunciatio in eum modum, quo superius concepta, facta sit patris solius contemplatione, cum concepta fuerit acceptante patre pro se & suis hæredibus ad iecto pacto perpetuo de non amplius petendo: hæc certè verba omnia simul cum renunciatione contemplatione solius patris dicta censentur, consequenter soli patri prodesse debet non alijs ex l. si actionem C. de pact. Secundum primū glosæ intellectum ibi, cuius tex. autoritate Bald. ibi scriptum reliquit, et quod si duæ sorores, quibus vna cum fratre erat delata hereditas patris, & ex his vna nubat faciatque fratri pactum de non petendo hereditatem paternam, pactum hoc non proderit alteri sorori coheredi, sed solum fratri, cuius contemplatione factum est; citat Bal. Castren. & alios; quibus superaddit Iass. Tiraq. Deci. Croc. Soci. & alios multos Surd. d. consil. num. 8. 9. 10. qui eadem Alexandri vtitur argumentatione; et subiungitque num. 11. quod licet foret simplex renunciatio neq. admixta cum pacto de non petendo adhuc prodesset illi soli, cuius cõtemplatione fieret ex Castren. Aretin. Alexan. & Boeri. quos refert. in nostra autem specie facta fuit renunciatio contemplatione patris, vt ex verbis quætionis de qua agebatur constabat; cum dictum esset N. presenti pro se & suis hæredibus stipulanti &c. Vnde cum cæteri fratres presentes non essent nullum ius ipsis absentibus competere potest. ad tex. in l. absentis ubi Bart. & alij ff. de donatio. dixi quæst. 76. quinimo docuit Alex. d. consil. num. 6. adeo et vera fore superiora vt etsi hereditas materna, cui renunciat filia adita per eam non fuisset, idem ius obseruandum foret, quando apparet, pro vt in hoc casu, quod patris contemplatione renunciauit; videtur enim prius adisse, & successiue renunciare patri; argu.

argu. l. illud. ff. de acquir. heredi. cum vulgat. adducit in terminis questionis. Castren. consi. 242. per totum. vbi iure terminauit hanc questionem eisdem fundamentis, quibus Alexan. & Surd.

Hoc Alexandri argumentum reasumit Surd. dict. consi. num. 11. versi. Addo quod ista cessio, dum scribit, cessionem vel donationem factam patri stipulanti pro se, & heredibus suis minime prodesse ceteris fratribus nisi in quantum essent heredes patris, & quod ex hac stipulatione dignoscitur voluisse patrem sibi soli non alijs portionem adquiri; atq. vbi coniectura aliqua apparet, cuius contemplatione facta sit ea obtinet. in illius tantum fauorem non aliorum filiorum. Bald. in d. l. pactum dotal. questio. 8. de colla. addit Alex. Castren. Aretin. Socin. Ruin. Paris. Bero. Boeri. Menochi.

38 Et multo magis ait idem Surd. nu. 14. procedere hæc in sua & Alexandri specie quando filia non gratis renunciauit, sed mediante dote, quam receperat, in qua specie renunciatum ius soli patri queritur, quia videtur in recompensationem datæ dotis factum quod latius comprobatur Alexan. d. consi. nu. 7. & 8.

Argumentis autem Aretini respondit Alexan. num. 3. in fine & 9. Surd. d. consi. nu. 14. non esse locum traditionibus illius quotiescunq. constaret renunciationem magis contemplatione vnus quam alterius fieri; tunc enim illi soli, cuius intuitu sit adquiritur ex communi omnium interpretatione de qua supra; & ita etiam respondit Castren. in d. consi. constat autem renunciationem in nostra specie factam fuisse patris contemplatione non aliorum, quia sibi stipulanti & recipienti pro se & heredibus suis, sic etiam respondit in hoc casu Paris. consi. 26. nu. 26. lib. 3.

39 Constat et ex alio aperte renunciationem factam fuisse intuitu solo patris, & non fratrum, quoniam pater recepit eam pro se & heredibus suis, consequenter alijs fratribus ius queri non potuit nisi in quantum forent heredes patris; & vbi ex aliqua coniectura constat, cuius intuitu sit renunctio hoc sufficit ut illi soli queratur. iuxta dicta superius, & comprobatur fuisse idem Surd. d. consi. num. 11. & 12.

Quibus ipse addo, quod cum renunctio huiusmodi sit quedam donatio ut millies dixi, succedit regula, donationem patri factam pro se & filijs suis, etsi non fuerit additum, heredibus, ad filios tamen nisi heredes patris tantum non pertinere, quemadmodum autoritate Accurtij Bartol. Imol. & Alex. comprobatur Ruin. consi. 122. num. 3. lib. 1.

citatis Alexan. Deci. Marcabru. Mazol. Bursat. Crauet. Gabri. Becci. Bero. Mascari. & alijs multis decidit Surd. decisio. 322. nu. 61 & 62. 63. cum sequent.

Secundo respondent Alexan. & Surd. procedere posse argumenta Aretini vbi esse mus in terminis simplicis renunciationis, at vbi simul cum renunciatione adest pactum de non petendo, tunc aliud ius est, in vim enim huiusmodi conuentionis cum non sit repudiatio, ius in totum queritur patri absque eo quod portio aliqua accrescere ceteris fratribus possit d. l. si actionem C. de pact. secundum vnum intellectum; ideo pactum in vnus fauorem factum ad alium extendi non potest, sicq. excluduntur fratres filia renunctantis. Alexan. Castren. & Surd. in d. consilij.

Tertio respondent non procedere Aretini rationes quando filia debita dotis portione accepta renunciat, quia ut dictum fuit superius, censetur filiam renunctasse in recompensationem dotis a patre receptæ.

Addit Surd. d. consi. num. 15. considerationem, quia inquit pactum de non petendo patri factum non æque conuenit fratribus sicut patri. quia fratres non tenentur dotare sororem de bonis maternis, sed pater, maxime qui receperat dotem vxoris; liberatio autem debet referri ad obligatum non ad alios. cum creditor & debitor sint correlatiua, & solutio præsupponit obligationem, consequenter liberatio ad fratres referri non potest; arguta certe consideratio si vera foret de qua inferius dicam. Hæc sunt solutiones Alex. Castren. & Surd. ad tria priora Aretini argumenta.

40 Quarto respondent, æqualitatem et inter liberos patrem obseruare voluisse, tunc demum attendi debere cum simus in dubio, at vbi de contraria voluntate constat cum vult filios esse inæquales illius dispositio obseruanda est d. l. vt liberis, in versi. Nisi C. de colla. & scripsit Surd. d. consi. nu. 17. sufficere tacitam voluntatem patris ex Alexan. consi. 158. n. 15. Curti. Ruin. Parisi. Neuizan. Deci. Natt. Zanch. & alijs.

Respondet secundo Surd. nu. 17. versi. Respondet etiam, ex renunciatione de qua in casu suo nullam resultare posse inæqualitatem quia tempore renunciationis vivebat secunda vxor, & ideo super illius dote non poterat a patre fundamentum fieri, tamquam super hereditate viuentis l. final. C. de pact. l. qui superstitis de acquir. heredi. l. pactum dotal. C. de collati. & sufficit et (inquit) quod æqualitas esset inter filios quando pater decepsit, nec curadum quod post subsequutum fuit circa inæqualitatem, citat Bero. Socin. iuni. Rolan. & Becci.

41 Ad textum et autem in d. l. final. C. de dot. promissio adductum ab Alexan. in coprobationem

tionem consilij Aretini Respondet Alexan. tripliciter. duæ priores solutiones restringunt admodum suam, & sequiorum opinionem, tertio igitur respondet in nostro casu adesse iuramentum, quod cum possit obseruari citra dispendium salutis æternæ debet omnino custodiri d. c. quamuis pactum de pac. in 6.

43 Surd. autem extremo d. consi. nu. 18. sequentibus confirmat hanc opinionem. Primo quia cessio hæc vel renunctio sustineri nequit ut repudiatio dicatur, quod eam ob causam portio omnibus accrescere debeat, et non est pactum de non petendo, atque ideo non omnibus acquiritur, sed illi soli, cui factum est d. l. si vnus & ante omnia de pact. hanc rationem iam ante ipse idem attingerat nu. 8. & 9. eod. cons. quæ prius fuerat Castren. & Alex. Rationem diuersitatis inter renunciationem simplicem & pactum de non petendo reddit ex Bal. in d. l. pactum dotal. & in d. l. si actionem, et quia repudiatio non est contractus, neq. requirit presentiam aut stipulationem patris, sed eo absente fieri potest, & pactum et de non petendo & liberatio sine presentia & acceptatione non valet; addit Rursus nu. 19. autoritate Castren. in d. cons. 152. quod is, qui facit pactum de non petendo vel liberat alium eo ipso videtur adire hereditatem, ex quo non potest liberare nisi prius adeat argu. tex. in l. illud de acquir. heredi. cum vulgat. & receptori omnium placito comparatum est, ut cessio vel pactum de non petendo præsupponit præambulam aditionem Ruin. d. consi. 98. num. 13. lib. 1. Alciat. respon. 339. num. 4. Socin. Cor. & Menochi. con. 1. num. 488. lib. 1. quos ille refert.

Porro idem Surd. nu. 20. in sua specie considerat, vel ex eo inductam fuisse aditionem, quia filij omnes erant infantes, & pater diu maternas dotes retinuerit, nec restituere curauerit, videtur hoc ipso matris hereditatem filiorum infantium nomine adinisse, iuxta traditionem Bart. Castren. & Imol. in l. gerit ff. de acquir. heredi. Roma. Alex. Ruin. Parisi. Gre. Natt. quorum dixit cum Bartol. communem esse sententiam.

46 Extremo et nu. 20. ad finem versi. Ea vero adducit argumentum, quia stipulatio pro heredibus concepta ad patrem solum, & illius heredes referenda est, non ad solos fratres sororis renunctantis, quoniam hereditatem nomen, omnes includit, & indiffinita æquipollet vniuersali ad tex. vulgat. in l. si pluribus vbi Bart. de lega. 2. cap. vt circa in principi. de electio.

47 cum alijs ab eo in ornatum citatis: Neq. et nouum esse ait, quod etsi regulariter renunctio fratrum fauore facta dicatur ad solum possit patrem referri, sic enim in simili est donatio causa mortis facta sit, vbi tamē pro

heredibus stipulata est in aliam speciem transit, & efficitur donatio inter viuos, quam sententiam Bald. Alexan. Ruin. Rip. Socin. Cott. Rolan. & aliorum autoritate confirmavit hoc addito altero simili per Bart. tradito in l. post mortem §. tutor. nu. 2. ff. quan. ex fact. tutor. et quod licet contrahens nomine officij non teneatur de proprio, veluti si sit procurator, syndicus, æconomus, tutor, & his similes, si tamen pro se & heredibus suis stipulentur, tenentur de proprio; quia hac promissione, officij sui terminos excedunt. sequuntur Bald. Ruin. Gramma. Anchar. & Crauet. quos citat.

Ex his apparet quibus hæc opinio sustineatur rationibus, quæ communis est ut testatur Boeri. d. decis. 184. in fine vbi dixit quod licet sit receptor, & propterea multi ex dominis in eam inclinauerint, tamen quia contraria est magis æqua fuit pro ipsa iudicatum a maiori parte; eandem dicit comunem Surd. d. consi. nu. 13. Mihi certè opinio hæc comunis periculosa videtur, nam & in casu Aretini dict. consi. 91. aderat pactum de non petendo & tamen contrariū respondit, unde retenta priori sententia prædictis rationibus Alex. Castren. Surd. & aliorum sic commode responderi poterit.

49 Primum et tollitur argumentum Alex. & Surd. quod pactum de non petendo factum vni non prodest alijs, quoniam etsi id verum sit suis in casibus, non tamen procedit quando ex verisimili mente paciscentium aliud conijci posset, quæ in contractibus, sicut & in vltimis voluntatibus, & cæteris dispositionibus spectatur, iuxta text. in l. tale pactum §. final. ff. de pact. & mens intentioque contractuum sit attendenda l. final. C. quæ resp. pigno. obliga. poss. l. semper in stipulationibus vbi Deci. Cagno. & Mayneri. de regul. iur. & pactum non a verbis sed ab intentione iudicetur l. si vno ff. locat. l. si olei illo eo. tit. l. 2. C. communia de legat. scripsi multorum autoritate hoc libr. section. 2. questio. 20. a num. 1. & post inferius in versic. Re tamen diligenter perpenfa, quæ non repeto: atqui secundum verisimilem mentem vel filie renunctantis, aut patris recipientis constat, renunciationem maternæ portionis factam fuisse fauore filiorum primi matrimonij, non etiam secundæ, consequenter eis accrescere non alijs debet: Propositio in hunc modum probatur, si enim consideremus, prout vere consideranda est intentio filie renunctantis, cum et verba sint interpretanda iuxta mentem & conditionem personæ loquentis l. ex militari ff. de milita. testam. cum alijs innumeris ad hoc institutum coaceruatis per Simo. de Præ. in comun. de interpre. verb. vltima. volunta. l. 2.

inter. 3. dubio. 1. foli. 3. nu. 301. certè intentio filiarum fuit renunciatione illa fratribus suis consanguineis providere, quos hæredes fore debere credebatur maternæ hæreditatis illis debite d. auth. defuncto cum similibus supra allegatis: si vero exquiramus verisimilem mentem patris idem dicendum, de quo presumendum sit in dubio noluisse portione filiarum debita ipsos prius æqualiter, quæ succedere filios voluisse primi & secundi matrimonij, differentia nulla constituta.

51 Eo magis & quod mens & intentio patris talis debet iudicari qualis de iure debet esse. ad glos. Bart. & quæ omnes ibi in d. l. hæredes mei §. cum ita ad S. C. Trebellia. Et & verba licet vniuersalia restringuntur ne absurdum sequatur in contractibus & alijs dispositionibus. Ruin. consil. 188. nu. 10. & seq. lib. 2. egregie Crauet. consil. 3. a. nu. 3. Osa. decisio. Pedemon. 169. nu. 8. & 14. absurdum sanè foret ne dicatur impium, & à paterna charitate alienum, filios secundi matrimonij ex substantia dotis maternæ prioris vxoris ditare, quæ solis filijs matris debetur. Hincque & illud nostrates prodiderunt, verba etsi vniuersalia restringenda tamen fore ut vitetur fraudis euentus l. si pater ff. de his quæ in fraudem credi. l. creditor §. huius ff. manda. idem Osa. d. decisio. 169. nu. 3.

54 Vnde cum verba intelligenda sint eo respectu, quo prolata sunt l. fina. ff. quemad. seruitus amittatur l. Nefennius §. fundi de re. iudi. §. fina. instit. de Codicil. Crauet. consil. 9. nu. 21. & ea mens fuerit in dubio tam filiarum quam patris, renunciatio fratribus solis consanguineis non alijs prodesse debet. Et ut hoc superioribus addam, verba etsi vniuersalia ad cogitatum disponentis tamen referenda sunt, & ratione quadam tacita & coniecturata restringenda Bald. & Iass. in l. non dubium C. de legib. Deci. Crauet. Socin. & alij quos refert Osa. decisio. 90. nu. 17. Non obstat quod secundo loco aiunt dum affirmant quod etsi non afforet pactum de non petendo sed sola renunciatio adhuc cum contemplatione patris facta sit ei soli non alijs prodesse debuit ex communi sententia. nam respondetur negando solius patris contemplatione factam fuisse ex illius verbis, quæ ponderant, pro se & suis hæredibus, & c. quoniam & etsi hæc adsit coniectura, ex aduerso tamen alia vrgentior militat, ratio scilicet affectionis, paterni amoris, & quod cuique ex filijs sua hæreditas deferatur, quæ coniectura cum sit naturalis præualere debet alteri accidentali, quæ credenda non est, §. fina. instit. de test. Tutel. l. has obligationes ff. de Capid. diminutio. §. minus instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt.

55 tamen alia vrgentior militat, ratio scilicet affectionis, paterni amoris, & quod cuique ex filijs sua hæreditas deferatur, quæ coniectura cum sit naturalis præualere debet alteri accidentali, quæ credenda non est, §. fina. instit. de test. Tutel. l. has obligationes ff. de Capid. diminutio. §. minus instit. de hæred. quæ ab intest. deferunt.

Neque facit consideratio Alex. d. conf. n. 7. & 8. & Surd. d. conf. num. 14. dum aiunt dote contentam filiam renunciasse, quæ in satisfactione potius dotis acceptæ renunciasse videtur, quam ut suis consulere fratribus; neque enim alicuius momenti est dictum; cum pater iure naturæ, exque legis debito teneatur dotare filias l. qui liberos cum similibus de rit. nuptiar. ut pater dotando & non quicquam donare sed debitum magis paternum exolvere dicatur d. l. qui liberos, scripsi relatis multis hoc lib. sect. 1. q. 9. non repeto: non igitur satisfactio aliqua respectu filiarum renunciatæ considerari potest, cui non nisi quod debitum erat datum fuit, ad text. in l. rem legatam cum simili. ff. de Adi. vel transfe. legat.

57 Quarto non obstat altera ratio, qua dixerunt patrem stipulatum fuisse pro se & suis hæredibus, ex quo constat noluisse acquiri filijs nisi essent hæredes; neque obstat subsequens ratio à me præter alios adducta, qua superiorum comprobavi rationem, quæ non repeto; quia ex dictis superioribus vtriusque responsum est. Verba illa vniuersalia, pro se & hæredibus, tam respectu filiarum renunciantis, quam etiam patris recipientis restringenda esse ad fratres vtrinque coniunctos etsi hæredes non sint, cum esse deberent tales ex iuris communis dispositione ad quam verisimiliter pater & filia accommodasse voluntatem credendum est, & ut æqualitas seruetur.

58 Quinto nec faciunt solutiones Alexan. & Surd. supra relatæ in versu. Secundo respondent Alex. & Surd. Quatenus aiunt procedere posse Aretini opinionem quando essemus in terminis simplicis renunciatæ, quia per renunciatæ accresceret portio, contracta autem conuentione de non petendo nulla potest accrescere, quia ius patri quæsitum fuit. Neque etiam in consideratione est quod Surd. scribit d. conf. nu. 15. cuius verba scripsi sup. in versu. Addit Surd. quibus & satisfactio si animaduertamus renunciatæ factam præsentem patre & stipulante non dici simplicem renunciatæ, cum etsi verbis talis esse videatur re tamen est pactum de non petendo, quemadmodum autoritate Bart. Iacoc. de Aretio. & Peregrin. scripsi hac sect. q. 73. in versu. Sanè ubi renunciatæ, quare nulla videtur constituenda differentia inter renunciatæ, quæ in modum pacti celebratur, & pactum de non petendo ut ibi dixi.

Inde consideratio Surd. relatæ sup. in versu. Addit Surd. parum facit, quoniam etsi pactum de non petendo conueniat magis patri quam fratribus, tamen non verba sed mens potius spectanda est, quidque verisimiliter agere partes voluerunt ut dicebam superius in versu. Primum tollitur argumentum Sexto

Sexto tollitur Solutio Surd. ad argumentum Aretini de æqualitate inter liberos seruanda, quia etsi respondeat ipse id procedere in dubio secus ubi constaret de mente patris ex coniectura illa qua ratione pacti de non petendo adiecti præsumitur patrem sibi & suis hæredibus consulere voluisse, vere tamè non satisfacit responsum, cum coniectura æqualitatis seruandæ inter liberos & debita hæreditatis filijs prioris coniugij uti potentior à naturali debito descendens, præualeat alteri accidentali, ut dicebam in superioribus aduersus Alexan. Castren. & Surd.

Porro neque facit consideratio Surd. nu. 17. relatæ supra in versu. Respondet secundo, quoniam Bero. consil. 108. ad finem libr. 1. Becci. consil. 29. nu. 37. Socin. iuni. consil. 119. nu. 28. lib. 3. Rolan. consil. 51. nu. fina. in versu. Ad vltimum respondetur; loquuntur ubi communi fratrum diuisione quicquid à principio suam recepit portionem æqualem, nam si post aliqua in æqualitas euentu futuro detegatur non est in consideratione; quod prius docuerat Bartol. & alij cum eo in l. si familia C. fami. hercis. noster casus diuersus est, in quo pater solus stipulatur absque aliorum filiorum consensu, quoniam nec renuncians filia, in eum modum renunciasse ut filij alterius matrimonij partem suam habere, credendum est, ex his quæ supra. Et tandem fatetur Surd. in casu suo vixisse vxorem ex secundo matrimonio tempore renunciatæ, quod non erat in specie Aretini.

Secundo verius respondetur Bartol. & citatos auctores loqui ubi vnus ex fratribus scienter à principio recepit res feudales vel fideicommissas subiectas, si enim post vel euidens aut renunciatæ contingat aduersus alterum fratrem, agere non potest sibi enim imputare debet sic Bartol. Salicet. Fulgosi. in dict. l. si familia Bero. Socin. Beccius. & Rolan. citati à Surd. & præter eos idem sensu Alexan. consil. 21. nu. 5. lib. 3. Deci. Curtij. seni. Ruin. Gratt. Rip. Crauet. & alij plures relati à Peregrin. consil. 93. nu. 24. Solutio autem Alexan. dict. conf. dum respondet ad text. in l. final. C. de dor. promissio. non ibi adfuisse iuramentum, non rectè adiungitur, quoniam etsi iuramentum efficiat ut renunciatæ hæc quæ alias de iure civili improbatæ erat dict. l. pactum dotali C. de collatio. l. pactum quod dotali C. de pact. valeat, d. cap. quamuis; tamen iuramentum non extendit neque ampliat vim suam extra naturam contractus, neque ad alia extenditur que modum autoritate Siluan. Osa. & Surd. scripsi hoc lib. section. 1. quæst. 11. extendetur autè illius vis ubi efficeret quod fratri-

bus ex secundo matrimonio genitis quibus nihil debetur, talis renunciatæ iurata prodesset.

Non etiam vrget eiusdem Surd. ratio altera qua inter repudiationem & pactum de non petendo adducit diuersitatem, quod ideo in pacto de non petendo portio accrescere non possit quia scilicet pactum de non petendo præsupponit præambulam hæreditatis additionem; nam id verum non est, & directo aduersatur text. in dict. l. fuit questionis ff. de acquir. hæred. cum alijs ab Aretin. adductis dict. consil. quorum aliqua scripsi superioribus in versu. Aretinus igitur: quidquid neque Menoch. in allegato per eum loco id dicit, quæ cum efficaciter Aretin. ostendat in eo consilio vera esse, non repeto.

Rursus consideratio eiusdem Surd. relatæ sup. in versu. Porro idem Surdus, non militat in questione nostra, in suo enim casu pater adierat hæreditatem nomine infantium, & quia pater diu maternas dotes retinebat.

59 Vltimæ rationi & Surd. Respondetur, indiffinitam non æquipollere vniuersali in odiosis, nec in materia strictam recipientem interpretationem (qualis renunciatæ, quod dixi latè quæst. 73.) sic in terminis declarat regulam Bald. in l. final. §. in computatione ad finem C. de iur. delibe. recenset alios Osa. decisio. Pedemon. 168. nu. 22. Bero. consil. 113. nu. 24. lib. 3. & in materia odiosa id ipsum scripserunt Alexan. in l. 2. de libe. & posthu. nu. 5. Iass. nu. 18. Socin. nu. 11. Neque clausula pro hæredibus suis alterare potuit iuris præsumptionem æqualitatis inter liberos seruandæ; neque etiam verisimilem renunciantis filiarum & patris recipientis intentionem, quæ talis esse debet qualis de iure est, ut in antecedentibus dixi.

60 Quare ipse & in hac controuersia sic opinioniones contrarias conciliarem, nam aut filia patre stipulante renunciatæ sibi & hæredibus suis portionem suam in bonis maternis & c. aut renunciatæ patri & suis hæredibus, addito verbo generali, omnibus; vel quibuscunque hæredibus; priori in casu cum indifinita (quia stricta sit interpretatio in huiusmodi renunciatæ) vniuersali non æquipolleat ut modo dicebam, procedat opinio Aretini & Boerij. Secundo vero casu cum addita sint verba, pro suis hæredibus omnibus vel quibuscunque. tunc quia euidenter constat tam filiam renunciantem quam etiam patrem de omnibus hæredibus etiam extraneis sensisse, procedat altera opinio Alexandr. Castren. & Surd. Et hæc quidem conciliatio iuri admodum consona est, & nam licet regulariter verba generalia aut vniuersalia

62 salia habilitatem præsaponant l. r. cum vulgat C. de Sacro. Ecclesi. ¶ ea tamen regula intelligitur in verbis generalibus à lege prolatis, secus in his, quæ ab homine, declarat post alios Osa. deci. Pedemon. 27. num. 18. versi. Neque subsistit & eo non relato Peregrin. consi. 65. n. 30. ¶ Ita fit vt licet emphiteosis Ecclesiastica ad extraneos heredes nõ transferatur §. Emphiteosim & §. alienationis in auth. de non aliena. reb. Ecclesi. & relatis Afflic. Cur. Parisi. Ruin. Barba. Alexan. Socin. iuni. Bologne. Deci. Gozadi. Marfil. dixit communem Rolan. consil. 96. nu. 4. lib. 1. tamen vbi reperitur concessa pro se & heredibus quibuscunq. secus; transit enim ad extraneos, sic autoritate Bal. Alexan. Curt. iuni. Gozadi. & Decij scribit idem Roland. d. consi. nu. 28. 29. vbi aliud subiungit simile ex Decio consi. 294. ¶ quod licet in substitutione facta filio decedenti sine filijs de Titio & illius heredibus, intelligatur de descendibus, & non de heredibus extraneis, secundum Bart. traditionem communiter receptam in l. Gallus §. etiã de libe. & posth. tamen vbi testator vsus est verbo vniuersali, omnibus vel quibuscunq. heredes etiam extranei continentur, comprobatur eandem sententiam autoritate Alexan. in l. si ex toto in principio de lega. 1. is docuit ¶ quod licet immunitas à collectis concessa non extendatur ad collectas, quæ imponuntur tempore belli, tamen vbi concederetur ab omnibus collectis vel quibuscunq. aliud foret.

65 Confert ¶ supra modum quod licet verba inuestituræ in feudis pro se & heredibus, restringantur ad habiles, tamen si addita fuerint, omnibus vel quibuscunq. etiam inhabiles vocati censentur ex illa verborum generalitate. sic notanter scripsit autoritate Bal. Alex. Curti. iuni. Iaf. Campe. Soci. Rip. Parisi. Alci. Craue. Rolan. Burfat. & aliorum Osa. deci. pedemon. 27. nu. 18. versi. Neq. subsistit; & idem respõdit Parisi. consi. 68. nu. 17. Ruin. itidem consi. ¶ 32. col. 2. lib. 2. respondit legatum generale de bonis mobilibus & de omnibus, quæ appellatione mobilium continentur, quouis nomine & vocabulo nuncupentur cõprehendere animalia se moneta, licet in superioribus facta fuisset enumeratio pluriũ specierum, pannorũ & aliorum his similibus, quæ restringere generalitatem legati videbantur. Et Curti. iuni. consi. 102. consuluit propter dictam clausulam in donatione facta de bonis allodialibus & feudalibus venire bona Emphiteotica, ex quo additum fuerat, cum omnibus suis iuribus cuiusvis generis & speciei existant &c. Vnde recte sequitur vt his verbis in renũciatione adiectis, filij heredes licet ex secunda vxore

procreati ad portionem repudiatam vocari possint.

SVM MARI VM.

- 1 *Tex. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. sicut procedit in filia, an etiam in filio.*
- 2 *Caroli Molinei opinio reprobata.*
- 3 *Fœmina suapte natura imbecilles & fragiles.*
- 4 *Tex. in d. cap. quamuis pactum & illius dispositio an sit odiosa.*
- 5 *Filius renunciens patri. expensas studiorum cum iuramento retrocedere non potest.*
- 6 *Renunciatio alimentorum facta à filio patri cum iuramento an valeat.*
- 7 *Renunciatio alimentorum iurata à filio facta in his alimentis, quæ iure natura debentur, non valet.*
- 8 *Antonij Gomez. opinio reiecta.*
- 9 *Renunciatio per filium facta patri generaliter, an contineat alimenta.*
- 10 *Iuramentum vim expressi habet.*
- 11 *Renunciatio generalis iurata an comprehendat legitimam.*
- 12 *Iuramentum non auget obligationem.*
- 13 *Iuramentum quando renunciatione operetur.*
- 14 *Iurans censetur cogitare in dubio de omnibus his, quæ sibi cõpetunt vel cõpetere possunt.*
- 15 *Renunciatio generalis, sua natura quemcunq. casum comprehendere potest.*
- 16 *Generalis dispositio generaliter intelligenda.*
- 17 *Generalis dispositio omnes species suo se contenas continet.*
- 18 *Tex. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. ita locum habet in filijs in potestate patris constitutis, sicut in emancipatis.*
- 19 *Donatio à patre filio in potestate facta ex causa dotis vel donationis propter nuptias valet.*
- 20 *Donatio iurata inter patrem & filium iuramento firmata etiam contra casum dotis vel donationis propter nuptias sustinetur.*

QVÆSTIO. LXXXVI.

RENUNCIATIO IURATA

per filium patri facta, an eque ipsi, sicut filia noceat iuxta dispositionem text. in cap. quamuis pactum de pact. in 6.

1 **S**CRIPSISSE me ¶ in superioribus scio, dispositionem text. in d. ca. quamuis pactum in filia loquentem procedere etiam in filio masculo ex receptiori sententia; quoniam Carol. Molin. in additio. ad Alex. consi. 180. lib. 5. aperte docet contrarium quia dispositio d. cap. sit exorbitans, & correctoria intris. ciuilibus, consequenter extendenda non videatur. Sed vere ¶ illius opinio probari non debet, militat enim eadem

dem ratio in filio renunciente quæ in filia, scilicet observatio iuramenti absque interitu salutis æternæ nec cum tertij præiudicio; quinimo maior ratio militat in filio quam in filia fœmina, ¶ cum fœminæ sint imbecillioris intellectus quam viri, tum & verecundiores quæ tacite votis parentum obsequuntur cap. honorantur 32. quæf. 2. ornari multis supra quæf. 74. in versi. Quintam superaddere libet, vnde efficitur maiori ratione text. in d. cap. quamuis in filio procedere. Neque ¶ verum est dispositionem dicti capi. fore odiosam & correctoriam, atque ideo non extendendam, nam cum de periurio vitando agatur in eo tex. favore animæ, dispositio potius fauorabilis quam odiosa iudicanda est propterea extendenda; vt præter alios omnes animaduerti relatis multis supra quæf. 75. ad finem, vnde quod in filio etiam procedat dispositio d. capi. quamuis pactum tenuerunt fere omnes alij Bal. in l. pactum dotali quæf. 10. C. de collatio. vbi Castren. ceteri in l. pactum quod dotali C. de pac. Dida. in d. cap. vis pactum 3. part. §. 1. num. 1. qui communem vbi Gutier. post eum in verbo à filia nu. 4. Mencha. tract. de successio. creatio. §. 18. nu. 85. Graf. in §. successio ab intestato q. 1. nu. 1. Ant. Gom. in l. 22. Tau. nu. 12. Gutier. in d. ca. quauis pactum in verbo, omnino seruari nu. 5. qui omnes communem dixerunt.

5 Et extenditur ¶ prædicta communis opinio vt & procedat in filio renunciente patri ob expensas studiorum suorũ cum dicto iuramento, etsi enim favore studiorum secus videretur, quia tamen ex alio militat fauor iuramenti & consequenter animæ, renunciatio teneret. Bal. in d. l. pactum dotali quæf. 10. vbi Castr. sequitur Mencha. d. §. 18. n. 67.

6 Secundo ¶ extenditur vt procedat etiam in iure alimentorum renunciatio per filium quod fortius quidẽ est sic ex Bal. & Castren. scripsit Mencha. in d. §. 18. nu. 77. & 78. qui tamen non recte loquitur; vnde duo sunt casus distinguendo in hoc articulo, nam vel loquimur in renunciatione alimentorum, quæ fit per extraneas personas, aut in renunciatione iurata, quæ fit per filias quibus naturali ratione alimenta a parentibus debentur; priori in casu valet renũciatio iurata sic Barto. in l. si quis pro eo num. 17. ff. de fideiussio. debet enim iuramentum seruari semper & vbiq. seruari potest sine interitu salutis æternæ, d. cap. quamuis pactum sequitur post alios antiquiores Iaffo. in l. de alimentis nu. 4. C. de transac. vbi Deci. num. 12. hanc dicit esse veriore opinionem Curti. iuni. nu. 3. Cornel. Alciat. Panormit. Anchar. Didac. Bertran. Gig. Bane. Mencha. & alij quos refert Surd. tract. de Alimen. tit. 8. priuile.

55. num. 50. 51. cum sequent. & hanc opinionem sequitur vt magis communem & maioribus tutam fundamentis ibidem nu. 58. in fine versi. Ego vero. ¶ Aut vero loquimur in alimentorum renunciatione iurata à filijs facta quibus vt dixi alimenta debentur de iure natura, & eo casu renunciatio nõ firmatur iuramento, est enim iuramentum in hoc casu contra bonos mores, quia contra ius naturale; ideo renunciatio firmari iuramento non potest. hoc modo conciliat Curti. iuni. in dict. l. de alimentis num. 6. Cordu. in l. si quis à liberis §. parens num. 31. ff. de libe. agnos. sequitur Surd. dict. priuile. num. 59. vbi subdit quod tehetes contrariam opinionem vt scilicet super alimentis indistincte nec transigi cum iuramento possit, quos ipse longa serie retulit eo loco nu. 54. versic. Sed contrariam opinionem, loquuntur fere omnes in filijs renunciantibus vel transigentibus cum iuramento in quibus dispar ratio militat quam in alijs. Et ex ¶ his tollitur opinio Anton. Gomez. in d. l. 22. num. 12. existimantis filium qui iuravit non petere alimenta admittendum tamen ad ea esse vbi omnino egeret, quoniam excitatis interpretibus constat indistincte iuramentum filijs non nocere.

9 Verum maior ¶ dubitatio est, quod cum renunciatio per filium facta generalis est, & iurata, an eo iuramento videatur filius in cõsequentiam renunciasse etiam alimentis sibi debitis, etsi nihil de his dictum fuerit. Et licet videretur alimenta cõtineri ¶ ex eo quia iuramentum habet vim expressi Bald. in l. 1. quæf. 2. C. commo. dixi multorum autoritate hoc lib. sectio. 1. quæf. 1. in versi. Tertio moueri potuit actor si igitur vim habet specialis exprẽsionis non dubium est quin huiusmodi renunciatio iurata licet generalis alimenta etiam contineat. nam & propter eandem rationem crediderunt ¶ multi quod in hac generali & iurata renunciatione continetur legitima, licet ipsa specialem requirat exprẽsionem iuxta text. in l. si quando §. & generaliter C. de inofic. testam. retuli multos in dict. quæf. 1. & d. versic.

12 Attamen ¶ alteram opinionem huic contrariam tenuerunt alij multi, quoniam iuramentum non auget obligationem contractus, sed eã intra terminos suos continet Oldra. conf. 238. Deci. Alex. Roman. Crot. quos citat Surd. tract. de Alimen. tit. 9. q. 15. nu. 20. idem Surd. decif. 3. nu. 9. alios recensui in d. q. 1. eos non repeto; si autem iurata renunciatio alimenta contineret, extenderet obligationem suam ultra limites contractus; vnde & multi censuerunt eã opinionem cõmunem suspectam esse, qua dicitur iuramentũ à filio

prestitum in renunciatione comprehendere legitimam, & multos habet contradictores, quos refert ad longum idem Surd. d. quest. 15. nu. 2. vbi tandem concludit, renunciationem generalem iuram neque alimenta aut legitimam continere. Ego autem adhuc communi opinioni in d. quest. 11. & ex mente interpretum nostrorum scripsi, quod aut iuramentum in contractu adiectum fuit (quibus sit ille contractus transactionis vel alius) & in eo nulla renunctio adiecta fuit, tunc iuramentum licet vim expressi habeat, quia tamen non potest extendere obligationem ultra deducta, nullam potest sperare renunciationem, sicut vbi adiecta est renunctio generalis; quoniam cum eo in casu vim habeat specialis expressio operabitur iuramentum id idem, quod particularis expressio potest operari, & hac videtur magis communis & recepta sententia iuxta tradita a me in d. quest. 15. **¶ Quare suspecta michi videtur Surdi opinio, eo maxime quod iurans generaliter censetur in dubio cogitare de omnibus his quae sibi competere possunt, aut contingere dixit glo. vbi Barto. in l. 2. C. de rescin. vendi. fuse qui alios Tiraq. in prefatio. l. si unquam nu. 134. C. de reuo. donat. Neq. verum est quod Surd. ait, iuramentum in renunciatione generali adiectum si alimentum, aut legitimam contineret, quod obligationem suam ultra contractum extenderet, quoniam **¶** vbi renunctio generalis est, sua natura apta est continere quemcumque casum, qui sub illa generalitate contingere potest; qua ratione moti fuerunt tenentes communem opinionem, vt post antiquiores animaduertunt Rolan. consil. 96. nu. 56. lib. 3. Becci. consil. 34. nu. 15. & sequent. Menoch. consil. 71. nu. 24. lib. 1. vnde dici solet quod **¶** generalis dispositio omnia continet, & generaliter intelligenda est l. 1. §. generaliter cum vulgat. de lega. praestan. quinimo **¶** docuit Bartol. in l. si pluribus ff. de legat. 2. quod idem operatur stante eadem ratione generalis dispositio quoad omnes species sub se contentas vt omnes includat, quantum specialis expressio; quem cum alijs refert alia in ornatum adferens Crauet. inter decisio. Ofaf. pedemonta. decisio. 122. nu. 6. & 7. quare iuramentum in hac specie non extenderet sed tantum vt generalem renunciationem declararet.**

18 Tertio **¶** extenditur vt & dispositio d. ca. quamuis pactum procedat in filio vel filia siue in potestate patris constituta siue emancipata. licet enim alias inter patrem & filium in potestate nulla possit consistere donatio, nec illi similis conuentio l. donationes quas parentes C. de donatio. inter virum &

19 vxorem, quam dixit communem & receptam Clar. in §. donatio quest. 8. num. 1. tamen **¶** vbi ex causa dotis vel donationis propter nuptias donatio fit, valet inter patrem & filium l. Pomponius Phinadelphus ff. fami. hercif. dixi fuse hoc libr. quest. 2. 3. vnde quemadmodum valet huiusmodi donatio, sic & pactum vel renunctio ex eadem causa facta. sic expressim respondit Parisi. consil. 26. nu. 12. libr. 3. Deci. in dict. l. pactum dotali C. de collatio. Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta num. 47. de verbo. obli. ga. sequitur Didac. post glos. Cardin. Paul. de Casfr. & alios a se citatos in dict. cap. quamuis pactum 3. part. §. 1. num. 5. in fine. Gutier. in eo text. in verbo a filia numer. 3. Mencha. eandem comprobat dict. §. 18. nu. 88. 89. 90. qui frustra se ipsum contorquet in huius opinionis comprobationem; nam **¶** inter patrem & filium valet donatio iurata etsi essemus extra casum dotis vel donationis propter nuptias vt recte post Bald. Aretin. Alexan. Guido. Pap. Deci. & Ripa. resoluit idem Dida. in loco modo relato. & praeter eos Ruin. Loaz. Socin. Deci. Bertran. Rube. Parisi. Alciat. Crauet. Grat. Neuzan. Dueny. Riminal. & alij quos citat communem dicens Clar. in d. §. donatio, quest. 8. nu. 8. versic. Sed quare tu scis.

SVMMARIVM.

- 1 *Filia minor renuncians in capitulis matrimonialibus cum iuramento an obligetur ac si maior foret.*
- 2 *Cyni opinio reprobatur.*
- 3 *Filia minor & impubes doli tamen capace renuncians & iurans an obligetur.*
- 4 *Impubes doli capace contrahens citra tutoris auctoritatem naturaliter obligatur.*
- 5 *Impubes doli capace quoad matrimonium omnino obligatur.*
- 6 *Donatio inter patrem & filium causa dotis vel donationis propter nuptias valet.*
- 7 *Opinio communis suspecta.*
- 8 *Iuramentum impuberem doli capace obligat in matrimonio.*
- 9 *Iuramenti effectus multiplicandi non sunt.*
- 10 *Iuramentum plures defectus non supplet.*
- 11 *Tex. in auth. sacramenta puberum C. si aduersus venditionem solum procedit in casu quo actus est nullus ratione minoris aetatis.*
- 12 *Iuramenti absolutio concedenda est impuberi doli capaci.*
- 13 *Impubes doli capace obligatur naturaliter in contractu tamen licito, secus reprobato.*
- 14 *Mulier minor contrahere matrimonium potest, nequit tamen absq. interuentu curatoris bona sua stabilia in dotem dare.*
- 15 *Filia minor renuncians certioranda non est de*

de beneficio legis pactum dotali C. de collatio. & legis pactum quod dotali C. de pact. 16 *Filia minor renuncians potuit in genere cogitare de omni remedio sibi competenti.*

QVÆSTIO. LXXXVII.
FILIA ANNIS MINOR
cum iuramento in contractu matrimonij renuncians iuxta dispositionem text. in dict. cap. quamuis pactum, an eandem ipsam obliget ac si maior foret.

¶ VANDO filia **¶** minor in capitulis matrimonialibus renunctiat cum iuramento censuit Cyn. in auth. sacramenta puberum C. si aduersus vendi. posse non obstante renunciatione petere portiones renunctias, Cyn. sequuti sunt alij, verum **¶** hac opinio sustineri non potest; quoniam minor etsi lege vetante contrahat iuramento adiecto ita obligatur, ac si maior foret auth. sacramenta puberum C. si aduersus venditio. vix igitur modo pubes sit aetatis annorum quatuordecim femina vero duodecim recte iuramento obligantur; sequitur hac vt magis vera & communem Natt. in d. ca. quamuis pactum, limita. 4. Dida. in 3. par. §. 1. nu. 3. qui Areti. Bero. & Parisi. citat in eadem opinionem, dixit etiam communem Grass. in §. successio ab intestato quest. 11. nu. 2. Gutier. in verbo a filia nu. 1. Mencha. in d. §. 18. nu. 86.

3 Maior autem **¶** insurgit dubitatio an filia impubes doli tamen capace iurans renunciationem obligetur: sunt enim qui existimant obligari, quia **¶** impubes doli capace citra tutoris sui interuentum obligatur naturaliter l. 1. ff. de dona. consequenter iurando multo magis obligabitur.

5 Secundo altera **¶** mouentur ratione, quoniam quod pertinet ad contractum matrimonij obligatur efficaciter talis minor ca. ex literis in 2. ext. de sponsa. & ideo quoad renunciationem, quae in eodem fit contractu matrimonij obligari etiam debet.

6 Sic in superiore **¶** questio. 80. in fine auctoritate Parisi. Decij. Dida. & aliorum scripsi quod cum ex causa dotis vel donationis propter nuptias valeat donatio inter patrem & filium, quae alias non valeret ita ex eadem causa valet renunctio filij vel filiae in fauorem patris. Porro cum filia doli capace minor duodecim seipsam ratione matrimonij obligat & constringit, quod durius est cum de personis agatur multo magis obligatio tenebit, cum agatur de rebus renunctiatis nam de minori agitur preiudicio; Hanc sententiam tenuit Bart. in impubere doli capace in auth.

sacramenta puberum C. si aduersus vendi. vbi asserit communem opinionem ibidem Salicet. & Castren. Curti. iuni. qui ad vtramque latissime disputat nu. 54. & sequen. innumeros recenset Anto. Gabri. in commu. conclu. tit. de mino. conclu. 5. nu. 39. Anto. Gom. lib. 2. resolu. cap. de resti. mino. nu. 18. & decifum pro hac sententia refert Afflic. vbi Vrcill. ad eam decisio. 302. nu. 3. Gutier. in dict. auth. sacramenta puberum num. 117. Menchac. in tract. de succes. creatio. §. 18. nu. 86.

7 Hac quin **¶** comunis sit opinio & receptissima negari non potest, verum apud me periculosa admodum est; quoniam vt recte animaduertit Dida. supra, qui in hac specie post alios infra citandos, contrariam tenuit opinionem, **¶** iuramentum in matrimoniali contractu obligat proculdubio impuberem doli capace, tum & in ea conuentione, quae integrum animi iudicium & quae certam requirit aetatem d. ca. ex literis, verum quod huiusmodi iuramentum sufficit ad validandum, contractum alioquin de iure inualidum nullquam auditum est; vnde subsequenter scribitur putare se iuramentum talem effectum producere non posse, ne tot priuilegia simul ab vna & eadem radice constituamus: hac ille. qui nihil adducit in confirmationem, innuit tamen **¶** neq. obscure, iuramenti effectus in vna & eadem specie non esse multiplicandos, cum sufficit si vnum operetur; proinde dixit notanter **¶** Bald. in l. fina. §. filijs autem C. de bo. qua. libe. quod iuramentum non supplet plures defectus sed vnum tantum, & subdit idem Bal. ibidem magis in terminis nostris, **¶** quod dispositio tex. in d. auth. sacramenta puberum, procedit solum quando actus est nullus ratione minoris aetatis, secus quando aliud obstaculum adest; vnde in proposito casu si iuramentum operaretur in impubere licet doli capace, suppleret iuramentum nedum minorem aetatem, sed & tempora impubertatis maiora efficeret: praeterea & tolleret simul contractum a iure ciuili improbatum, id ipsum quod Bald. iuramentum scilicet plures non supplere defectus respondit Deci. consil. 349. nu. 6. Socin. iuni. in l. 1. §. si quis ita de verbo. obligat. nu. 10. Hippo. Rimi. instit. qui. alie. li. nu. 440. idem Riminal. consil. 569. nu. 246. Caphal. consil. 409. nu. 47. multos recenset Meno. consil. 29. nu. 39. lib. 1. Bello. consil. 4. nu. 4. Ruin. consil. 98. nu. 7. lib. 1. idque maxime vindicat vbi iuramentum non fuit amplissimis verbis conceptum vt concordando opiniones contrarias dixere Rolan. consil. 59. nu. 22. lib. 1. Becci. consil. 100. nu. 15. Lambert. tractat. de contract. eorum qui sine cert. solem. ad finem num. 36.

12 Addit rursus † Dida. quod sicut ex ratione metus danda est impuberi absolutio à iuramento etsi is doli capax fuerit vel ex alia iusta causa, sic ex eo quod impubes sit licet proximus pubertati concedenda erit suadet enim id summa æquitas ratione imperfectæ ætatis, unde prædictis considerationibus & alijs multis quas ad longum recenset Alciat. in cap. cum contingat num. 141. ex. de iur. iuran. tenuerunt hanc opinionem Cyn. in dict. auth. Sacramenta puberum, & Alexan. in l. qui iurasse in princi. ff. de iur. iuran. dicit hanc communem opinionem quæ tamen vere hodie minus communis est; eos sequutus fuit Dida. in d. §. 1. Alciat. qui alios refert huius sententiæ in loco nunc relato.

13 Neque † facit ratio prior pro magis communi adducta, impuberem scilicet doli capacem obligari naturaliter, nam id verum esse potest in contractu licito & legitimo approbato à iure, secus in eo qui à iure reprobatum qualis hic de quo agimus ex dict. l. pactum dotali C. de collatio. & l. pactum quod dotali C. de pactis. scripsi multorum autoritate iuxta hanc distinctionem lib. 1. compar. 19. quæ non repeto.

Non etiam facit secunda ratio cui inaitur communem tenentes opinionem, licet illi non respondeant minus communem obseruantes, quoniam aduertendum quod licet impubes doli capax matrimonium contrahere possit, & contrahendo sicut maior obligetur, non inde sequitur pari ratione id ipsum futurum esse in renunciatione quæ in ipso contractu matrimonij celebratur; † nam potest minor scemina contrahere matrimonium & tamen nequit bona sua stabilia quæ seruando seruari possunt in dotem tradere viro absque interuentu curatoris secundum veram & communem traditionem nostrorum ex tex. in l. Titia ff. de iur. doti. l. lexque tutores C. de adm. tuto. Barto. Bal. Roman. Cuman. Corne. Calcan. quos citat & sequitur Rolan. tract. de luc. doti. quæstio. 45. num. 2. Dida. in pract. quæst. cap. 28. num. 10. Cauilca. qui alios tract. de tuto. & cura. num. 157. Surd. consi. 191. nu. 22. idem Surd. decisio. 278. a num. 1. vbi sic resoluit in fine num. 32. non ergo sequitur valet matrimonium, consequenter valere debet renunciatio ex illius causa facta, cæterum aduersus communem obtinere difficile foret.

15 Neque † in hac specie vbi filia minor renunciat, aut impubes doli capax certioranda est de beneficio sibi à lege civili competenti, ex d. l. pactum dotali, cum in illius potestate sit iurare vel non iurare ita ex Guido. Benedic. & alijs resoluit idem Dida. d. §. 1. num. 4. Gutier. ibidem in verbo à filia nu. 2.

confirmat Mencha. in d. §. 18. num. 87. versu. 16 Amplia septimo; Preterea † cum iurauerit, saltem in genere potuit cogitare de omni remedio sibi competenti, vt & in eisdem terminis post Barba. Curti. iunio. & Crauet. respondit Meno. consi. 6. num. 23. libr. 1. & his non relatis qui tamen innumeros congeffit Anto. Gabri. in commu. titu. de iur. iuran. conclu. 3. versu. Coptrarium quod stante iuramento.

SUMMARIUM.

- 1 Filia renūcians in contractu matrimonij portioni paternæ an auctis facultatibus patris possit denuo experiri & reliquum petere.
- 2 Filia accipiendo legitimam ante mortem patris sibi præiudicare videtur, etiam si facultates patres fuerint auctæ.
- 3 Text. in l. penultima C. de solutio. expenditur.
- 4 Postulare quis non debet cuius contrarium non esset petiturus.
- 5 Pater in præstatione legitima præuenire potest tempus mortis suæ.
- 6 Legitima portio appendenda est de tempore mortis testatoris.
- 7 Text. in l. si quando §. 1. C. de inofi. testamen. declaratur.
- 8 Iuramentum semper intelligitur rebus in eodem statu permanentibus.
- 9 Iuramentum statu mutato non obligat.
- 10 Pater qui in necessitate legis vel statuti cogitur filio in vita legitimam dare, auctis post facultatibus, filius supplementum denuo petere non potest.

QUESTIO. LXXXVIII.

FILIA RENUNCIANS IN CAPITULIS MATRIMONIALIBUS PORTIONI PATERNÆ, AN AUCTIS FACULTATIBUS PATRIS POSSIT DENUO EXPERIRI & RELIQUA PETERE.



AGITATVR passim † quæstio hæc ab interpretibus, an filia dote accepta, renūcians, si post facultates augeantur patris, num ad bona paternæ iterum regredi possit & supplementum petere; vt autem plena & perfecta huius quæstionis veritas prodeat tres inspectiones considerandas esse existimo: vt plurimum enim interpretes nostri inaduertenter loquentes confundunt casus. Prima cum pater voluntariè filio vel filiæ legitimam dedit in vita sua, nulla facta per eos renunciatione; Secunda est quando dedit ex causa dotis vel donationis

tionis propter nuptias cum renunciatione. Tertia cum pater dedit legitimam coactè vel ita disponente statuto, aut alia quavis quæ excogitari possit ratione.

2 Circa primam † inspectionem existimantur aliqui non posse filiam supplementum petere aliquo modo postquam debitam recepit inuita patris portionem, neq. mortis tempus spectandum esse, cum accipiendo eo tempore mortis tempus quod attendi solet, sustulisse videatur. quam opinionem tenuit Iaco. Butrica. in l. pactum dotali C. de collatio. quem sequuti sunt communem dicentes Roman. Nat. Gutier. Benedic. Boeri. & alij quos refert Dida. in d. cap. quamuis pactum 3. par. §. 1. num. 2. intelligendo tamen vt prædicti intelligunt quando filius vel filia inuita patris integram recepit legitimam; eandem probant opinionem Rodri. Xuar. in l. quoniam in prioribus, limita. 4. ad l. regiam. nu. 4. C. de inofi. testam. Anto. Gomez, in l. 2. 2. Tau. num. 4. Telli. in l. 2. Tau. num. 16. Gas. Baeça in trac. de nõ melioran. filia. rat. doti. cap. 5. num. 30. Crot. in repe. l. frater à fratre num. 17. de condi. indebi. dixit communem Ioan. Baptif. in arario commu. opinio. litt. F. num. 166. Et hanc ipsam opinionem ego probavi & magis communem multorum autoritate dixi hoc libr. sectio. 4. quæst. 68. in versu. Sexto ex magis communi sententia, &c. eos non repeto.

3 Et probatur † autoritate tex. in l. penul. C. de solutio. quo in textu aperte deciditur fundum in solutum datum pro debito, si industria & opera creditoris melior redditus sit, debitor ex melioratione nihil percipere potest, sicut è conuerso creditor conqueri nõ posset si deterior redditus esset; ita sit vt etsi postea facultates patris decreuissent, pater ex portione legitimæ ab eo data nihil posset repetere; non enim debet † quisquam id postulare cuius contrarium non esset petiturus. ad text. in l. si ea lege C. de vsur. & in l. penul. C. de solutio. sed & probat eandem Butrica. & magis communem opinionem tex. in l. 1. §. si vel parens ff. si quis à paren. sue. manu. l. cum quo de peculio. §. fina. ff. ad

5 l. falci. tex. in l. final. C. fami. hercis. † quibus probatur posse patrem in præstatione legitimæ præuenire tempus mortis & eam filijs donare; quod frustra fecisse legulatores viderentur si post filij auctis facultatibus supplementum petere possent; essetque iura de casu parum dubitabili si non hoc statuerent. Ex quibus vnicum illudque fortius ex multis argumentis quæ in contrarium adducuntur tollitur; quia † iniquum legitima est attendenda attento valore bonorum quæ reperitur tempore mortis & non ante l. cum

quæritur cum similibus C. de inofi. testamen. unde renunciando simpliciter petitioni vel supplemento legitimæ de futura pacificetur successione à iure civili improbata; consequenter illius valere non debet renūciatio; Nam verum non est, huiusmodi pactum improbatum esse de iure civili cum concedat parentibus filijs volentibus legitimam donare illis posse. quam cum acceperint integram semel, liberatus remanet pater ab ulteriori solutione eiusdem. cum tollatur omnis obligatio; & licet in † contrarium videatur tex. in l. si quando §. 1. C. de inofi. testamen. intelligendus tamen est quando filius non accepit integram legitimam vt ex multis & multorum etiam autoritate ostendit Telli. in d. l. 2. Tau. num. 16. & licet contrariam opinionem tenuerint in superiori articulo alij multi quales Bald. Iass. Dida. Grāma. Mencha. quam itidem ij communem dixerunt, quos refert & sequitur Gutier. in d. cap. quamuis pactum in verbo à filia num. 9. versu. Et ita inuenio, alios refert Dida. in d. §. 1. & multo plures Grassi. quem cum alijs retuli hoc libr. sectio. 4. quæst. 68. hæc tamen vt dixi superius, verior & magis communis videtur.

Secunda nunc inspectio sequitur quando pater dedit legitimam vel illius maiorē partem cum renunciatione filij vel filij iurata iuxta dispositionem tex. in d. cap. quamuis pactum, & quamquam in hac specie non desint existimantes quod non obstante renunciatione iurata liceat filij auctis bonis patris iterum supplementum petere quia † iniquum iuramentum præstitum intelligitur rebus in eodem statu permanentibus l. final. ff. qui satisf. cogan. cap. breui. ex. de iur. iuran. † & statu mutato non obligatur quis suo iuramento cap. nequis 22. quæst. 2. notant omnes in cap. quemadmodum ex. de iur. iuran. coaceruat multa in ornatum Menchaca tracta. de successio. creatio. §. 18. numer. 80. 81. cum igitur fuerit mutatus bonorum status & creuerit valor, iuramentum obligare non videtur.

Contrariam tamen vti communem & veram fere omnes amplectuntur; ea enim aperte probatur ex dict. cap. quamuis pactum, sic tenuerunt Alexan. Corn. Jass. Deci. Rip. Grammat. Crauet. Rodri. Xuar. Carol. Moline. & alij quos sequitur Dida. in d. §. 1. nu. 2. versu. Posset profecto; Gutier. in d. verbo à filia num. 11. & non habere contradicentē testatur post aliquos ab eo citatos Mencha. d. §. 18. num. 80. eandem relatis Pau. de Cas. Jass. Cuch. & Dida. dixit communem Grassi. in §. legitima q. 13. in versu. Aut filius aut filia &c. & his addendi Alex. Bello. Signor. Pari. Castren.

Castren. Curt. iun. Rub. Ruin. Tiraq. Alciat. Crauet. quos recenset & sequitur Menochi. consi. 6. num. 21. 22. lib. 1. addendus Bursat. consi. 75. nu. 9. lib. 1. Cald. Perey. traſt. de in inte. reſti. in verbo leſis nu. 1. verſi. Præſumitur enim dolus, circa medium.

10 Tertia ꝛ nunc inſpectio ſequitur quando neceſſitate ſtatuti vel alia pater cogitur in vita filio legitimam tradere, communis omnium obtinuit opinio, auctis poſt traditione legitime facultatibus paternis non poſſe filium ſupplementum denuo petere, nõ enim imputandum patri videtur ſi cõpulfus mortis tempus (quod alias in legitime ratione ineunda attenditur) preuenit, ſic autoritate multorum reſoluit Telli. in d. l. 2. num. 14. & obiter eandem ſequitur Gutier. in d. verbo a filia num. 13.

SVMMARIVM.

- 1 Filia renunciãns adhibito iuramento ante cõtractum matrimonij vel poſt an ſibi præiudicet.
- 2 Filia renunciãns ante vel poſt cõtractũ matrimonij cum iuramẽto dum tamen congruã portionem receperit ſibi præiudicat.
- 3 Filia renunciãns nulla dote accepta cum iuramento, ſibi non præiudicat, ſecundũ aliquorum opinionem.
- 4 Filia renunciãns cum iuramento nulla dote accepta ſibi præiudicat ex magis communi opinione.
- 5 Dotes habere mulieres vtile vt bene tractentur a viris.
- 6 Didaci opinio.
- 7 Mencha. a Didaco improbatuſ.
- 8 Filia renunciãns cum iuramento qua nullam dote recepit licet ſucceedere prohibeatur, legitimam tamen petere poſteſt.
- 9 Filia renunciãns nulla dote accepta neq. legitimam petere poſteſt licet ſibi ius integrum remaneat irritandi renũciationem.
- 10 Renũciatio filie iurata, qua nihil pro dote accepit licet ipſi noceat non tamen illius filijs.

QVÆSTIO. LXXXIX.

FILIE RENUNCIATIO
adhibito iuramẽto ſue in cõtractu matrimonij, ante, vel poſt, nocet indiftin-
ctẽ; Et id ipſum cum dotis nomine nihil
recepit.

Perſuaderi ꝛ ſibi quiſq. poſſet iurantem filiam dum renũciat, ſibi eo in caſu tantũ præiudicare cũ id facit dum nupti traditur, ſic enim aperte innuere videtur tex. in ca. qua-

uis pactũ de pact. in 6. in verbis *dum nuptia tradebatur*; quaſi aliud voluerit Roma. Pontifex quando ante cõtractum matrimonij vel poſt iurat & renũciat; quoniam cum fauor nuptiarũ & matrimonij maximus ſit vt multis offendi hoc lib. quaſt. 1. ſic illius fauore inductum videbatur vt tempore nuptiarum tantũ iurata renũciatio nocere filie poſſit.

2 Contrarium ꝛ autẽ docuerunt interpretes omnes nihil intereſſe an in ipſis nuptijs ante vel poſt iuretur, dum filia dote congruã vel portionem debitam cõſequatur: docuerunt Archidia. Ioan. Andre. Domi. Franc. & Grego. Natta in d. ca. quamuis pactum, quõs ſequitur Dida. ibi. 3. par. 5. 2. nu. 1. Benedic. in cap. Reynunciuſ verbo duas habens filias nu. 260. ex. de teſtam. Mencha. traſt. de ſucceſſi. creatio. lib. 2. 5. 18. n. 92. Timor enim periurij & fauor anime ſic militat ante vel poſt cõtractum matrimonium, ſicut in ipſo cõtractu.

3 Sanẽ ꝛ vbi filia nulla dote accepta renũciat ſibi nullum præiudiciũ inferre, eſſet enim renũciatio iniqua, & impia ex parte illius cui fit, qua filiam omnino a bonis paternis excludat: id ipſum ſenſiſſe viſuſ eſt Roma. Pontifex in d. ca. quamuis pactum, in verbis *dote contenta*, qua clariffimẽ oſtendunt portionem aliquam hæreditatis paternę in dote datam fuiſſe filie renũciantis: ita expreſſim tenuere Anchar. in d. ca. quamuis pactum, Salice. in l. pactum quod dotali C. de pac. vbi eandem defendit Deci. nu. 7.

4 Contrariam ꝛ ſententiam tenuerunt alijs multi quales Imol. in d. ca. quamuis pactum Domi. & Natt. Dida. ibi 5. 2. num. 6. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 9. de verb. obli. communem dixit Bero. in ca. in præſentia num. 177. de probatio. multos recenset Anto. Gabri. in cõmu. titul. de iur. doti. conclu. 1. num. 24. vbi ex Crot. & alijs communem repetit. eandem dixit communem Graſſ. in 5. ſucceſſio abinteſtato quaſt. 10. num. 5. Mencha. in d. 5. 18. nu. 103. 104. Anto. Gom. in l. 22. Tau. nu. 7. Gutier. in d. ca. quamuis pactum in verbo, vt dote cõtenta num. 1. Caphal. conſi. 405. nu. 4. li. 3. Rationem prodiderunt interpretes, quoniam ius pontificum rationem habuit iuramenti, & illius obſeruantię, quę quidem ratio ſic militat in filia qua dote nullam accepit, ſicut in ea, qua dote conſequuta eſt. Semper ꝛ autem vtile eſt mulieri dote habere, nam & ſic virum inueniet, & melius ab eo tractabitur Bartol. Calca. Socin. & alijs quõs refert Surd. decifio. 270. nu. 7. & 8.

6 Arbitratur ꝛ autem Dida. dicto loco pactionem hanc cũ patre initam etſi iuramẽto firmatam

firmata in quoad patrem iniquiſſimam eſſe iudicãdam, qui nullam filie dote dederit, proinde reſtituendam fore & abſolutionem a iuramento concedendam, perinde ac ſi vi aut dolo renũciaſſet; quamquam ſecus foret (ait ille) cum filia aliunde diues & multa habens bona id feciſſet volens inter fratres ſuos alioquin pauperes hæreditatem diuidi, neque enim læſio dolusve cogitari in hac ſpecie poſteſt, quod voluerit filia ſua liberalitate patri ſucceſſionem remittere Dida. autem ꝛ improbauit Mencha. in d. 5. 18. nu. 105. quia inquit tantominus de læſione cogitauit filia quanto liberalius paternę renũciauit ſucceſſioni, tunc enim non læſio vltra dimidiam, ſed de renũciatione totius iuris ſui cogitauerit, quo in caſu ſcienti filie non videtur abſolutio a iuramento concedenda; Ceterum argumentatio hæc nullius momenti eſt; poſſet enim procedere vbi filia alias habens ſuum patrimonium ex quo poſſet ſe ipſam dotare huiusmodi renũciationem faceret vt animaduertit & rectẽ Dida. ſupra, ea enim renũciatio liberalitati tota tribuenda foret, quia ceſſat ſuſpicio fraudis vel doli; at vbi filia nullum ex ſe ipſa haberet patrimonium quanto grauiori quantitati renũciat tanto grauior læſio conſideratur; ad ea qua omnes in l. 24. C. de reſ. vendi. & in l. ſi quis cum aliter de verbo. obli. conſequenter maior doli & fraudis ſuſpicio; pactum enim huiusmodi aliquo non recepto dolum in ſe continet ſaltem re ipſa d. l. ſi quis cum aliter l. 2. 5. circa ff. de do. exceptio. vnde Dida. opinio placet.

8 Ceterum ꝛ duo ſummopere aduertenda ſunt in propoſita ſpecie. Primum eſt idque valde nõtandum, quod licet filia, qua renũciauit hæreditati paternę nulla accepta dote ſucceedere non poſſit ratione iuramenti, nõ tamen prohibetur filia ex alia manu legitimam ſibi debitã iure naturę petere, cui ex eo quod renũciauit ſucceſſioni, illi renũciaſſe nõ cenſetur proinde ipſam petere poterit. eſt aurea & ſingularis, & admodum nõtanda traditio Pariſi. qua ex alijs antiquioribus deducit, & a qua in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe dixit, conſ. 29. nu. 70. lib. 3. quem obiter refert & ſequitur Graſſ. in 5. ſucceſſio abinteſtato quaſt. 10. num. ſina. in extremis verbis; quod eſt nõtabile dictum, & æquum. Et licet Graſſ. non aliũ quam Pariſi. citer eandem ſententiam tenuerunt Bal. Roma. Aretin. Math. de Afflic. & Tiraq. quõs refert Dida. in d. cap. quamuis pactũ 3. par. 5. 3. nu. 3. moti autoritate tex. in l. ſi quando, 5. & generaliter C. de inoſi. teſtamen. & eam opinionem dixit communem Boeri. decifio. Burdegal. 3. n. 10. ſufficit enim

vt per pactum hoc iuratum filia excludatur a bonis, quę alias ſibi ab inteſtato competere, æquum autẽ non eſſet vt a legitima ſibi omni iure debita excluderetur.

9 Contrariam ꝛ tamen ſententiã tenuerunt alijs multi vt ſcilicet ratione iuramenti a legitima etiam excludatur: nam vbi læſa grauius filia remaneret ſibi integrum ius remanet ad reſcindendam conventionem vt ſuo in loco dicemus. Porro tex. in d. 5. & generaliter non probat aduerſantium ſententiam, cum tex. ille loquatur tantum in ſecuritate facta per filium hæredibus patris, qua cõfeſſus eſt ſe legatum a patre factam accepiſſe, nec addidit, nullam ſibi ſuperreſſe de ſupplemento queſtionem; at hæc cautio plurimum differt a renũciatione paternę hæreditatis vt rectẽ poſt Roman. Caltrẽ. Alex. Deci. Natta & Rip. animaduertit Dida. in d. cap. quamuis 3. par. 5. 3. num. 3. vbi & communẽ dixit. alios multos in eandem ſententiam recenſet Mencha. d. 5. 18. nu. 106. qui obiectis quibuſdam reſpondit, eandem comprobans communem; quare a Pariſi, & Graſſi traditione cauendum eſt ne quemquam in iudicando vel conſulendo fallat; quam & tenuit non relatis ſuperioribus Gutier. in d. ca. quamuis in verbo, omnino, num. 6. Et poſt hæc ſcripta Pariſi opinionem ſequitur Anto. Gabri. in cõmu. titul. de iur. doti. conclu. 1. n. 22. qui falſo magis communem dixit, ſcripſi ſupra queſt. 80. & his addo Becci. communem tenentem cum ſuperius relatis conſi. 107. n. 7.

10 Secundo ꝛ aduertendum quod vbi filia nihil pro dote accepit, conueſtio huiusmodi licet iurata, non excludit filios filie renũciantis ab hæreditate aui, qui mortem poſt filiam obierat Alexan. Roman. Deci. Benedic. Aretin. Caſtren. Nat. Rip. Grãma. quorũ communem dicit ſententiam Dida. in d. 5. 2. num. final. in fine. dixi latius ſupra quaſt. 78. ad quam lectorem reijcio.

SVMMARIVM.

- 1 Filia que cum iuramento patris renũciãnt ſucceſſionem, ſi pater poſt uxoris mortem ad ſecundas tranſeat nuptias, an denuo filia non obſtante renũciatione ad bona paternã reſreſſum habere poſſit.
- 2 Diſpoſitio tex. in l. ſcẽmine 5. illud. C. de ſcẽcund. nup. ſic procedit in ſcẽmina ſicut in viro.
- 3 Renũciatio filie non extenditur ad ea, que pater ſua culpa amittit.
- 4 Renũciatio filie non extenditur ad incogitata.
- 5 Iuramentum non extenditur ad incogitata.
- 6 Guido. Pap. opinio ſuſpecta.

Iura.

- 7 *Iuramentum vim habet specialis expressionis.*
- 8 *Opinio interpretum rejicitur.*
- 9 *Guido. Pap. decisio altera suspecta.*
- 10 *Clausula ex quacumq. causa ad causam de praesenti referenda est.*
- 11 *Opinio auctoris qualis.*

QVÆSTIO. LXXX.

PATER AD SECUNDA VOTA
transente cui ante filia paternam renunciauerat cum iuramento successione, an possit ad bona renunciata regressum habere renunciatione non obstante.

PVLCHRA nunc et succedit questio, num filia quæ patri cū iuramento renunciauit suæ successioni, si post vxoris mortem ad secundas transeat nuptias, an in his quæ pater perdit propter illius ad secunda vota transitum iuxta dispositionem tex. et in l. feminae s. illud C. de secun. nup. quæ sic procedit in viro sicut in ipsa femina iuxta glo. communiter receptam ab omnibus ibi: Vnde cum bona quæ pater habuit a filiis prioris matrimonij per transitum ad secundas nuptias omnino amittat, & ex illius legis dispositione & cum iuramento, nihilominus ad ea regressum habere poterit, ut in terminis propositæ questionis decidit singulariter Guido. Pap. decisio. 228. in principio: Mouetur et ea ratione quoniam renunciatio non extenditur ad ea quæ pater post sua culpa amittit: citat in simili traditionem Barto. in auth. hoc amplius quest. vlti. C. de f. dei. & in l. qui Romæ s. duo fratres in fine primæ oppositionis de verbo. obliga. & ex l. qui cum tutoribus ff. de transactio.

Secundo et ea adducitur ratione quia filia (inquit) de hoc successu non cogitabat, proinde quitantia (sunt enim hæc illius verba) ad hoc non porrigitur ex tex. in l. mater decedens ff. de inoff. testa. neq. et etiam iuramentum l. fina. ff. qui satis. cogan. l. fina. C. de non nume. pecu. cum similibus. & sic fuisse iudicatum refert Guido. Pap. sequutus est Benedic. in cap. Reynuncius verbo duas habens filias num. 288. de testam. & ante Guido. id ipsum in ea facti specie consuluerat Oldra. confi. 294. Deci. confi. 230. ad finem Purpu. in l. fin. n. 196. C. de pact. & hos omnes refert & sequitur Dida. in d. ca. quamuis pactum 3. par. s. 3. num. 1. Ranchi. in additio. ad Guido. d. decisio. Socin. Purpura. Oldra. & Guido. quos refert solos. Antoni. Gabri. in commu. titul. de iur. doti. concl. 1. num. final. in extremis

verbis Berenga. in ca. 1. de filiis nat. ex mat. tri. vlti. par. cap. penul. num. 10. vbi Oldrad. & Deci. citat. Neq. vllum hucusque contradictorem habet.

6 Verum et mihi suspecta hæc opinio est, quoniam si filia ratione renunciationis iurata quæ se ad bona paterna regressum nullam habituram promittit nedum succedere prohibetur, sed neq. legitimam quæ alio iure quæ successione debetur naturæ scilicet petere potest, quia vim habet et iuramentum specialis expressionis, & ratione prædicti iuramenti videtur in genere saltim cogitatum ut ex communi resolu supra quest. 11. & q. 80. in versi. Ego autem adhæsi &c. & quest. 83. versi. Cæterum duo summopere notanda &c. eadem certè ratio militat cum filia renunciat successioni paternæ, quoniam si eo in casu a legitima excluditur multo magis ab ea portione quæ ob transitum patris ad secundas nuptias sibi a lege adimitur, non enim tam debita filia est sicut legitima: et Et verbalis potius est interpretatio scriptorum qua declarando ea verba d. cap. quamuis pactum. *Nullum ad bona paterna regressum habeat, intelligunt iura scilicet sanguinis & successione paternæ, secus vbi iure pœnæ, & reservationis legalis denuo filia agere vellet, nulli enim hæc probatur interpretatio, & præterea restringit dispositionem d. cap. quamuis pactum generaliter loquentem.*

9 Multoq. et magis suspecta redditur eisdem Guido. Pap. decisio immediate sequens post dictam decisio. 228. in qua docuit generalem etiam renunciationem etiam iurata, adiectis verbis ex qualibet vel ex quacumq. causa non excludere filiam, quin ea possit patre ad secundas nuptias conuolante petere portionem quam patre ob dictum transitum amisit iuxta dispositionem tex. in d. l. feminae s. illud.

10 Mouetur et fragili fundamento quoniam inquit clausula illa ex quacumq. causa est intelligenda ex causa de presenti, & non ex causa de futuro ex traditis per Barto. & omnes in l. qui Romæ s. duo fratres de verb. obliga. quoniam vbi non fuisset adiectum iuramentum procedere potest traditio Guido. secus adiecto iure iurando, quo fit ut cogitatum censetur de futuro, ut dixi d. quest. 80. Neque Bartol. loquitur vbi interpositum fuit iuramentum.

11 Quare ego et in hac controuersia sic dicere, aut fratres in quorum fauorè facta fuit renunciatio (quod in dubio præsumitur ut millies dixi) obierunt viuo patre, & cum ij in quorum fauorè facta fuit renunciatio defecerint, renunciationis itidem causa deficiente censetur, cõsequenter ea cessante & pactio cessabit

cessabit ut infra suo in loco dicemus. Ita fiet ut ad hanc portionem admitti possit. Aut vero superfluit, & tunc portio renunciata, & quam pater amisit per transitum ad secunda vota accrescet cæteris dixi supra quest. 79. Vnde renunciata portio iure accrescendi fraatribus obueniet, si extant, sin minus filia renuncians vindicabit. Quare circa communis opinionis obseruantiam diligenter cum casus eueniet cogitandum esse existimo.

SVMMARIVM.

- 1 Renunciatio per filiam facta in contractu matrimonij matri de bonis suis maternis, an patri usumfructum in bonis aduentitijs habenti possit præiudicare.
- 2 Filius repudiando hereditatem sibi delatam, in præiudicium patris repudiare non potest.
- 3 Filius familias absq. patris consensu disponere de rebus suis non potest.
- 4 Iuuenes ad credendum faciles.
- 5 Iuuenes ad libidinem procliuēs suo natura seruari nunquam repugnant.
- 6 Iuuenes instabiles sua natura.
- 7 Filius familias nec cum iuramento obligantur in alienationibus suis.
- 8 Filius familias testari de bonis aduentitijs non potest.
- 9 Filius familias pactum de non petendo celebrare non potest in præiudicium patris, cui questus sunt ususfructus.
- 10 Filius familias delinquendo patrem priuare ususfructu non potest.
- 11 Filius familias donare aduentitia non potest sine consensu patris.
- 12 Filia renuncians matri, quæ patri superuiuit quia nullum infert præiudicium patri iuste renunciat.
- 13 Filius repudians cū iuramento, qui tamen moritur viuente matre recte renunciat, nec aliquid pater petere potest.
- 14 Repudiatio implicitam habet conditionem si hereditas deferatur renuncianti.
- 15 Filius repudians, qui matri superuiuit in præiudicium patris facere non potest.
- 16 Dispositio legis finalis C. de bon. que lib. non procedit vbi testator de cuius hereditate agitur aliter disponit.
- 17 Testator derogare potest dispositioni legis finalis C. de bon. que libe.
- 18 Testator derogare potest nedum expresse, sed et tacite dispositioni l. finalis C. de bon. que libe.
- 19 Socinus Castrensem reprobatur.
- 20 Repudiatio hereditatis aduentitiæ filio delata non nocet patri.

- 21 *Tex. in l. fin. C. de bon. que lib. expenditur.*
- 22 *Renunciare qui non potest ius questum, potest tamen querendum.*
- 23 *Ioannis Gutierrez querimonia aduersus Didacum.*
- 24 *Filius familias renuncians hereditati maternæ cum iuramento moriente post matrem facto testamento in quo alium heredem instituit, nequit pater ad illius hereditatis bona admitti.*
- 25 *Mater repellere potest maritum ab hereditate nedum expresse, sed et tacite.*
- 26 *Pupillaris tacita matrem non excludit nisi ex coniecturis.*
- 27 *Mater potest derogare dispositioni legis finalis C. de bon. que libe.*
- 28 *Pater in casu legis finalis C. de bon. que libe. preferitur substituto.*
- 29 *Textus in l. si pater familias ff. de heredi. insti. tu. declaratur.*
- 30 *Mater propter filium præsumitur patrem ab hereditate excludere.*
- 31 *Tex. in l. 2. C. ad Offici. declaratur.*
- 32 *Mater nedum si situm substituit, sed et si causam piam patrem exclusisse videtur.*
- 33 *Castrensis traditio declaratur.*
- 34 *Didaci et Gutierrez opinio reprobatur.*
- 35 *Filius renuncians matri patrem ab ususfructu excludere non videtur.*
- 36 *Tex. cum glo. in l. tale pactum s. final. ff. de pact. procedit in omni dispositione.*
- 37 *Mater filios in potestate non habet.*
- 38 *Donare filius familias non potest nisi cum consensu patris.*
- 39 *Donatio filij familias etiam iurata in præiudicium patris non operatur.*
- 40 *Renunciatio seu remissio donatio dicitur.*
- 41 *Renunciatio, quæ a filio vel filia fit in contractu matrimonij siue sit iuris questi vel querendi, intuitu aliorum fratrum facta censetur.*
- 42 *Legatum patri factum adiecta conditione quod nihil amplius in hereditate relicta filio petere possit, non præiudicat patri.*
- 43 *Renunciatio a filia facta in contractu matrimonij et si generalis patre recipiente pro se, et heredibus suis, restringitur ne intelligatur de heredibus extraneis.*
- 44 *Didaci traditio.*
- 45 *Didaci traditio a Ioan. Gutierrez ampliata.*
- 46 *Renunciatione facta per filium matre intestata decedente vbi accideret filium non obstante renunciatione admitti, pater adiura sua, et ususfructum admittendus esset.*
- 47 *Pater præstans consensum filio renunciante se ipsum ab ususfructu excludit.*

QVÆSTIO. LXXXI.

RENUNCIATIO PER FILIUM vel filiam facta matri in contractu matrimonij de bonis maternis, an patri vsusfructum in bonis aduentitijs habenti possit præiudicare.



QUÆMADMODVM ¶ valet renunciatio hereditatis paternæ cum iuramento patri facta dum filia nuptui traditur, sic respectiue facta matri renunciatio de bonis suis cum eodem iuramento valida est & sibi locum vindicat dispositio d. cap. quâuis pactum de pact. in 6. de cuius interpretatione in hac potissime sectione agimus: Magna autem hinc insurgit dubitatio, an filius vel filia per huiusmodi renunciationem possit patri præiudicare, cum ¶ enim pater in bonis filij aduentitijs habeat vsusfructum l. fina. §. filijs autem C. de bon. quæ libe. rursus ubi filius repudiat hereditatem sibi delatâ possit pater iure patriæ potestatis eam nedum in vsufructu, sed & in plena proprietate in totum acquirere dicit l. final. in principio. vbi aperte statuit Iustinian. perinde patri deberi ac si ab initio fuisset institutus, consequenter videtur filij vel filia renunciationem patri obstare non posse.

3 Ita efficitur vt filiusfamilias disponere in præiudicium patris non possit de rebus suis absque illius consensu, & autoritate dicit §. filijs autem explicat eleganter causam prohibitionis retulit Imperator in eodem §. filijs. his verbis: Melius est, inquit, coarctare iuueniles colores ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, &c. Iudicauit enim ¶ Iustinianus iuuenes faciles & ad credendum prop-
4 tos iuxta glo. in l. si cum dote §. eo autem tempore in verbo, iuuenis ff. solut. matrim.
5 tum ¶ & immoderate libidinis nusquam satis suo naturæ feruori repugnantes l. si vero non remunerandi §. si adolescens ff. manda. §. optimam in auth. de non eligen. se. nuben.
6 ¶ instabiles vt ex Salomone refert glo. in §. 1. instit. de iustj. & iu. inde creditum legislatoribus fuit rerum suarum his alienationem interdiceret necessarium primum tuum vtile admodum fore argu. l. fina. C. in qui. cau. in inte. resti.

7 Subinde statutum, ¶ vt nec adiecto iuramento per filiumfamilias in alienationibus suis, contractus firmaretur glo. communiter recepta in dicit §. filijs ubi Bald. & Castren. dixit receptam Oros. in l. & heredi §. filia familias num. 5. ff. de pact. quamquam contrarium nouissimè post Crot. in l. frater a

fratre num. 117. de condi. inde. tenent Cald. Perey. tract. de renoua. Emphiteo. quæst. 16. num. 61.

8 Ex ¶ superioribus etiam efficitur vt nequeat filiusfamilias testari de bonis aduentitijs quoad vsusfructum in præiudicium patris Bald. in l. si queramus ff. de test. ad finem Cal. Perey. in trac. de restitu. mino. verbo. legis num. 129. Grego. Lop. in l. 13. titul. 1. part. 6. Perak. in rub. ff. de heredi. institu. num. 180. Telli. in l. 5. Tau. in princi. Pelac. tract. de maiora. Hispano. par. 1. quæst. 1. nu. 38. & 46. Matien. in l. 4. titul. 4. glof. 3. num. 3. & 4. Asceni. Clem. tract. de pact. potest. effectu 9. a num. 1. qui eleganter Moli. trac. de primo. Hispano. cap. 9. num. 17. 18. cum multis sequent. ¶ Proinde & glof. insignis in dicit l. & heredi §. filiasfamilias scripsit filiumfamilias non posse pactum de non petendo celebrare in legato sibi relicto sub conditione in præiudicium vsusfructus qui patri debetur.

9 Ex eadem ¶ radice prodit non posse filiumfamilias delinquendo patrem priuare vsufructu sibi debito in peculio aduentitio, proinde publicatis bonis filij remanet integer patri vsusfructus; sed neque quoad proprietatem vt multis citatis scripsit Dida. li. varia. resolutio. 2. cap. 8. num. 7. Anto. Gom. qui etiam alios lib. 2. resolution. tit. de ferui. num. 22. cum sequent. Dueny. regul. 275. & dicit communem Gutier. in d. cap. quamuis pactum verbo, nullum ad bona paterna num. 17. probat eandem alijs plerisque adductis Menoch. in commen. de recu. posse. remedi. 9. a num. 65. Asca. Clem. non relatis superioribus tract. de pat. potest. effectu. 2. num. 36. 37. alios multos præter nunc relatos refert Caua. tract. de vsufruc. muli. relic. num. 235.

10 Neque ¶ mortis causa donare filius aduentitia potest nisi consensu paterno l. tam 15. §. 1. vbi glof. ff. de donatio. cau. mor. receptam dixit autoritate Bartol. Iuli. Clar. Vili. Ema. Xuar. & aliorum idem Asceni. Clem. Eod. trac. de pat. potest. effectu. 10. nu. 1. & sequent. Igitur vt ad institutam contro-
11 uersiam accedamus, an filij vel filij renun-
12 ciatio matri facta cum iuramento de bonis maternis patri noceat. duos casus considerari posse animaduerto; ¶ primus est quâdo filius vel filia renunciat matri, & mater superuixit patri & respectiue marito; casus hic nullam apud interpretes continet dubitationem, quia de nullo patris agitur præiudicio cum vsusfructus sibi competens illius morte fuerit finitus.

Secundus casus est, & hic admodum dubius cum pater superuixit matri præmori-
quo

quo in casu filius sub sua potestate constitutus nequit alienare nisi cum illius autoritate & consensu, eodem in illius bonis aduentitijs vsusfructum habente; supposito quod renunciatio de bonis maternis fuit facta cû debita solemnitate in forma d. cap. quâuis pactum, & præsentè & acceptante matre vt post Calca. Alex. Deci. & Socin. respondit Cratet. consi. 42. nu. 5.

13 In hoc ¶ autem casu Pau. Castren. in l. fina. nu. 5. C. de bon. quæ libe. in hunc modum distinguit, aut filius qui repudiavit cum iuramento mortuus est viuente matre, in hac specie nequit pater aliquid acquirere: ratione reddit Castren. quia etsi nõ repudiasset morte filij eclusus fuisset pater, ¶ habet enim repudiatio implicitâ conditionem tacitam, videlicet si hereditas filio deferatur, quæ tamè deferri ipsi non potuit quia mater viuebat, sicuti multis scripsi in simili specie hoc lib. & sectio. quæst. 78.

14 Aut inquit ¶ Castren. filius superuixit matri, & eo in casu illico sibi defertur hereditas, ceterum in vim præcedentis repudiationis ab eo abdicatur, ita fit vt pater sua aditione possit sibi eandem acquirere.

Intelligit tamen Castren. vbi mater intestata decedit, quoniam si condito testamento & alium instituit heredem non vindicat sibi locum dispositio d. l. fina. C. de bon. quæ libe. quæ ¶ nõ procedit vbi testator de cuius hereditate agitur, aliter disponit & ad patrem peruenire hereditatem non voluit; ¶ potest enim testator derogare dispositioni illius legis, argu. tex. in auth. excipitur C. de bon. quæ libe. ¶ & nedum expresse sed & tacite potest derogare: huc vsq. Castren. cuius distinctionem probauit Telli. in l. 6. Tau. nu. 55. & Mencha. lib. 2. de successio. creatio. §. 18. nu. 96. Socin. ¶ autem in l. 2. nu. 5. ff. de his quæ pœn. nomi. relin. suspectam dicit traditionem Castren. & eandem falsam esse dixit Dida. in d. ca. quamuis pactum. 3. par. §. 2. nu. 3. ad medium versi. Secunda probatio prioris opinionis: ¶ Is igitur improbat traditionem Castren. in hunc modum, aut enim pater cõsentit renunciationi factæ per filium, & tunc res caret omni dubio, suo enim pater consensu sibi præiudicium intulit, atq. ideo ex persona filij postea nequit succedere: ¶ Et licet contrarium dispositum videatur in d. l. fina. Quo constat repudiationem hereditatis aduentitiæ delatæ minime patri nocere quoad vsusfructum, neq. in alijs, quæ iure patriæ potestatis sibi debentur: Ea tamen lex minime superioribus aduersatur, quoniam loquitur in repudiatione hereditatis iam delatæ filio, & ex illius persona patri, qui cum institutus non fuerit nequit alio titulo hereditatè cõ-

15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27

sequi quam ex iure patriæ potestatis, & in his terminis procedit dispositio illius l. fina. nos loquimur in repudiatione hereditatis deferendæ, cui si filius renunciauerit ei postea deferri non potest, atq. ideo cessat ratio

22 Castren. ¶ inter ius enim quæsitum, & quærendum longa est differentia, qui enim nequit ius quæsitum renunciare, potest ius quærendum, quemadmodum Gutier. in d. ca. scripsit in verbo, Nullum ad bona paterna, nu. 3. ad mediū. Et ego ipse in pulchro casu ostēdi hoc lib. sectio. 3. quæst. 46. Vnde idem Dida. tribus propositis conclusionibus Pauli Castren. traditionem declarat, quas opere prærium est referre quoniam ab his vera resolutio huius pendet questionis; agre ¶ autē fert Gutier. in d. verbo, Nullum ad bona paterna num. fina. in extremis verbis, quod Dida. post ædita à se commentaria d. cap. quamuis pactum quæ eidem Didaco veluti amicissimo miserat in secunda operis aditione & repeti. i. d. ca. omnia ab eo mutauerit Dida. interiectis dictis tribus cõclusionibus, quas in prima prætermiserat aditione illo silentio præterito. Et quod deterius est signis & stellis a Dida. in nouissimis aditionibus apponi solitis omnino prætermisissis.

Igitur Dida. Gutier. sequutus has instituit conclusiones licet Gutier. conclusionibus hanc questionem non terminet. Prima ¶ vbi filiusfamilias renunciat hereditati maternæ cum iuramento moriente post matre facto testamento, in quo alium heredem instituit, pater ad illius hereditatis bona minime admitetur iure patriæ potestatis: Et licet Dida. addat alium scilicet quam filium, tamen Castren. id non expresse, quinimo aperte eo quo post vitur argumento, ostendit loqui eum, quando fuit hæres institutus alius filius.

Ait ¶ enim quod mater nedum expresse patrem repellere ab eo de cuius hereditate agitur potest. iuxta tex. in d. auth. excipitur, sed etiam si tacite & per indicia aut præsumptiones constet; ¶ ita enim ait ille cõtingit in tacita pupillari, quæ licet nõ excludat matrem regulariter, nisi præsumptionibus constet de contrario iuxta notata ab omnibus in l. Lucius ff. de vulga. & in l. præcibus C. de impu. resoluit autoritate multorum nouissimè Menochi. intelligendo vt per eum ibi lib. 4. præf. 39. num. 77. 78. cum sequent. vnde si vel tacite tantum constet de voluntate matris excludere volentis patrem ab hereditate filio deferenda hoc sufficit, neq. admit-
25
26
27

stren. erudite, posse matrem expresse & ta-
cite derogare dispositioni d. l. fina.

28 Neque ꝑ quemquam in contrariū moue-
rit opinio glo. in d. l. fin. in princi. verbo recu-
sante, quæ ex eo textu elicit patrem in casu
illius legis præferri debere substituto, atque
ita illi, qui ex voluntate testatoris in defectū
instituti testatoris cōsequi hereditatem de-
bebat, quod expressim probat tex. in §. simi-
liq. modo, supracitatus, dum vult repudiāte
filio perinde hereditatem ad patrem perti-
nere, ac si ab initio pater fuisset institutus.

29 Quibus ꝑ etiam cōcinnit tex. in l. si pater
familias ff. de heredi. institu. quo probatur
vulgarem substitutū ita de mum vocari si in-
stitutus hæres non sit, vel alterum legis mini-
sterio hæredem non fecerit; notarunt Barto.
& ceteri omnes in l. 1. ff. de vulga. quam re-
latis Benedic. Rip. Iasso. & Socin. dixit com-
munem Gutier. in d. verbo nullum, nu. 5. in
fine. Huic obiectioni satisfacit, & rectè idem
Gutier. non procedere argumentum neque
Bart. traditionē nisi in substituto extraneo,
secus in filio eiusdē matris, & sic in tam cō-
iuncta persona, ꝑ quæ effecit vt ex eo solo
presumendum sit voluisse patrem ab heredi-
tate excludere, prout de pupillari tacita di-
ximus. ꝑ Conferat tex. in l. 2. C. ad Orficiā,
S. C. quo probatur matre decedēte quatuor
relictis filijs duobus in potestate patris con-
stitutis, alijs duobus emancipatis, decedenti-
bus duobus, qui in patris erant potestate, an-
tequam eis hereditas obueniret totā here-
ditatem filijs emancipatis pertinere pro vi-
ribus excluso patre; sicq. ex tacita volūate
matris, quæ cohæredes dederat filijs in pote-
state constitutis alios duos emancipatos, pa-
ter omnino excluditur, quod rectè post alios
animaduertit Gutier. vbi supra.

32 Fortius quidem ꝑ adnotauit Castren. in d.
l. fina. nedum hæc vindicare quando mater
alterū filiū substituisset, sed & si causam piā,
adhuc enim existimat patrē a causa pia ex-
cludi. intelligēdo cum substitutio piæ causæ
fit ad exhonorationem propriæ conscientie
aliter non gauderet causa pia hac prerogati-
ua, vt ex Deci. & Dida. communem dicente,
scripsit idem Gutier. superius nu. 8. & resol-
uit innumeris citatis Meno. d. presump. 39.
num. 90.

33 Hæc Pau. ꝑ Castren. traditio extenditur
nedum cum mater instituit alium filium, vt
ille innuit, sed et si extraneum; Nam licet
glo. & alij communiter in d. l. final. ex eo
tex. contrarium censerint, vere tamen lo-
quuntur in eisdem terminis, in quibus loqui-
tur tex. scilicet in hereditate iam filio dela-
ta, quam consequitur pater adire nolente fi-
lio, & præfertur substituto quasi a principio

pater fuisset institutus; Casus noster diuer-
sus est in hereditate deferēda, a qua facilius
pater excluditur, quam a delata vt in supe-
rioribus animaduerti, & resoluit Gutier. in
d. verbo num. 10. obiter Dida. d. §. num. 3.
versi. Prima conclusio; excluso enim vt is ait
filio per expressam matris voluntatē, & pa-
trem etiam excludi consequens est.

34 Hæc ꝑ autē opinio Dida. & Gutier. quoad
pertinet ad alium filium institutum sustineri
iure potest ex rationibꝫ adductis, verum in-
stituto hærede extraneo vt idem procedat,
mihi suspectum semper visum est; quinimo
ausim falsam asserere ipsorum traditionem:

35 Non ꝑ enim verisimile est voluisse filium re-
nunciantem matri, patrem ab usufructu ex-
cludere, si sciuisset matrem extraneum insti-
tutam; Et interrogatus filius id ipsum veri-
similiter respondisset ad tex. cum glo. in l.
tale pactum §. final. ff. de pact. ꝑ cuius glo.
traditio procedit in omni actu & dispositio-
ne, siue intervivos, aut in vltima voluntate,
innumeros ad hoc institutū recenset Tiraq.
in præfati. l. si vniquam num. 56. C. de reuo.
donatio. multos Osa. decisio. Pedemon. 64.
ad finem, & in terminis renunciationis de
qua loquimur Surd. decisio. 207. nu. 11.

Nec facile quisquam credet voluisse filiū
matri renunciantem propter extraneā per-
sonam a matre institutam patrem suum usu-
fructu priuare voluisse ad tex. in l. cum acu-
tissimi cum similibus C. de fideico.

Nō obstat dicere vt Dida. & Gutier. aiūt,
renunciationem iurata hoc ipsum operari;
quoniam iuramentum vt nō semel dixi hoc
lib. præcipuē quæst. 11. sectio. 1. non auget
neq. extendit dispositionem vltra verisimi-
lem mentem iurantem, sed eam tantum con-
tinet intra fines suos, extēderet autem præ-
ter intentionem si ad personam extraneam
renunciatio illa iurata protenderetur.

37 Rursus ꝑ cum huiusmodi renunciatio ma-
tri facta, quæ filios in potestate non habet,
censeatur mera donatio, quinimo & quoad
patrem quodammodo donatio dici potest li-
cet non vere & proprie, vt multorum scripsi
authoritate hac sectio. quæst. 73. Donatio ꝑ
autem a filiofamilias fieri non possit, nisi cū
consensu & autoritate patris, de cuius præ-
iudicio ratione vsufructus sibi debiti, agi-
tur, dixit communem ex multis, Asciani. Cle-
men. tract. de pact. potest. effect. 10. num. 7.
Iuli. Clar. in §. donatio quæst. 6. nu. 2. ꝑ Nec
si foret iurata in patris præiudicium operari
posset, vt relatis multis respondit Aym. Cra-
uet. consi. 39. num. 3. ita fit vt licet donatio
iurata, quoad filium valere possit, in præiu-
diciū tamen vsufructus patri debiti mi-
nime.

Neq.

Neq. oberit quod Dida. & Gutier. aiunt
renunciationē facilius admitti aduersus pa-
trem in quæredis, quam in quæsitis, quoniam
præterquam quod sine lege loquuntur, &
authore, contrarium multis argumentis cō-
uinci posset, quæ coaceruat Tiraq. in repet.
l. si vniquam verbo donatione largitus a nu.
171. 172. C. de reuo. donatio. ꝑ Concludens
remissionem siue renunciationem, donatio-
nem dici, atq. eodem iure regulariter metiē-
dam fore.

40 Sed ꝑ vbi vera non esset traditio Tiraq.
animaduertendū quod siue renunciatio, quæ
a filio vel filia fit, sit iuris quæsitæ vel quæredæ,
vtroq. casu fieri censeatur contemplatione, &
intuitu aliorum fratrum vel sororum, vt fa-
tetur idem Gutier. in d. verbo nu. 12. & mul-
tis alijs adductis scripsi quæst. 79. versi. Addit
idē Alexan. & infra quæstio. 86. in versi. His
ipse addidero; cum igitur fiat contēplatione
aliorum fratrum, instituto extraneo hærede
a matre, non debet pater usufructu priuari
aduersus filij vel filia manifestā intentionē;
quæ & talis præsumēda est, qualis de iure re-
peritur; vnde cū de iure debeatur patri usu-
fructus, nisi is expressim vetitꝫ fuerit d. auth.
excipitur, consequens est noluisse filium ab
eo excludere, cum cēseatur voluntatem suā
coniunxisse cum dispositione iuris cōmunis
ad tex. cum glo. & ibi omnes in l. hæredes
mei §. cum ita ad S. C. Trebelli.

42 Quare ꝑ & hoc ratione attentata respondit
Parisi. consi. 129. n. 10. lib. 1. quod si quisquā
patri legasset in cuius filius erat potestate, &
subiunxisset, velle se patrē nihil amplius in
ea hereditate petere posse, nihilominus pa-
trem cōsequi vsufructum in bonis filij ad-
uentitijs. & Parisi. sequitur Asciani. Clem. in
tract. de patri. potest. effect. 2. n. 40. ad mediū:
postquam enim expressim non interdixit pa-
tri vsufructum, videtur nō obstantibus illis
verbis voluisse eum admittere; comprobatur
Parisi. d. consi. Vnde cum casus aduenerit in-
uestiganda erit diligēter veritas huius quæ-
stionis, nec facile cum Dida. & Gutier. sen-
tētia vti minime æqua, & patrem vsufructu,
iure patriæ potestatis debito excludente
abeundum erit; Eo maxime quod idem Di-
da. in d. cap. 3. par. §. 3. n. 4. in versi. Quarto ꝑ
si paternam dilectionem, aperte scribit re-
nunciationem etsi generalem a filia factam,
patre ipsam recipiente pro se, & hæredibus
suis, restringi & declarari debere ne intelli-
gatur de hæredibus extraneis, sed de filijs
tantum & descendētibꝫ, cuius opinionem
probauit infra quæst. 86. in versi. His ipse ad-
didero.

44 Secundam ꝑ proponit conclusionē Dida.
his verbis; filio inquit familias renunciantē

cum iuramento hereditati maternæ, ac pos-
tea matre intestata decedente viuentibus fi-
lio & patre simul, excluso filio in vim iuratz
renunciationis, patrem etiam excludi neces-
se est ab hereditate materna; declarat se ip-
sum Dida. vt hæc renunciatio nedum noceat
quoad proprietatem, sed etiam quoad vsu-
fructum: Etsi enim vt in principio dixi quæ-
stionis, nequeat filij patri præiudicare quoad
vsufructum, neq. alia iura, quæ a patria de-
feruntur potestate, quod fieret si hæc renun-
ciatio sustineretur, ꝑ id tamen intelligendū
est in delata filio hereditate, vt superius cū
Dida. & Gutier. dicebam, secus in deferē-
da, quæ facilius abdicatur; opinorq. ipse post
Gutier. in loco citato hanc fuisse mentem
Castren. cum generaliter dixerit, nocere pa-
tri renunciationem vbi mater intestata de-
cessit.

Addit Gutier. nu. 18. versi. Et hæc opinio,
quod Dida. conclusio nedum procedit vbi
mater testata decessit, sed & vbi intestata
quia licet non militet ratio tex. in d. auth.
excipitur, tamen militat altera, quæ validam
efficit renunciationem, quia scilicet sit re-
nunciatio iuris quærendi; in quo filius potest
patri præiudicare.

Verum in eo quod affirmat vbi mater te-
stata decessit, & alium quam filium hæredē
instituit, videnda, quæ superius dixi in prima
conclusionē. Ceterum in alio vbi mater in-
testata decedit, probanda est illius sententia
necessario, quoniam intestatæ matri nō alij,
quam filij succedere possunt, proinde ratio-
nes a me aduersus Dida. & Gutier. adductæ
non vindicant in hac specie.

46 Tertia ꝑ Dida. conclusio est, quando facta
renunciatione acciderit matre intestata de-
cedente, renunciantem filiū ad maternæ hæ-
reditatis suæ successorem aliqua ex causa
non obstante renunciatione admitti, & eidē
filio sit illius hereditas delata, pater ad iura
paterna, & vsufructum sibi competentem,
admittendus erit, etiam si renunciationi cō-
senserit: Rationem reddit quoniam si filio
iurata renunciatio non nocet, consequenter
minus multo patrifamilias quoad iura pa-
triæ potestatis, eoq. iure vti poterit, quo po-
tuisset in vim d. l. final. ac si nulla aduisset
renunciatio: Sequitur Gutier. in dict. verbo
num. 13. quomodo autem filius vel filia non
obstante renunciatione admitti possit ad
patris vel matris ab intestato defectorum
hereditatem, inferius suo in loco dice-
mus.

47 Sanè ꝑ vbi pater præstaret cōsensum filio
renunciati tunc casus sine dubio est; eo enim
ipso seipsum ab vsufructu excludit, vt post
Dida. scripsit Gutier. in d. verbo nu. 22. qui-

Y y

bus

bus addendi alij plures relati a Clar. in dict. 6. donatio. questio. 6. num. 2. Afcani. Clem. in dict. tract. de patr. potest. effec. 10. a num. 1. cum sequent.

SUMMARIUM.


- 1 Renunciatio filia in contractu matrimonij cum iuramento, non excludit ipsam ab intestati successione.
- 2 Pater vel mater ab intestato morientes, videntur tacite vocare omnes filios ad hereditatem.
- 3 Filia cum iuramento renuncians, omni successioni renunciare videtur.
- 4 Repudians hereditatem, que sibi duplici iure competit, omni iuri renunciasse censetur.
- 5 Oratio indefinita aequipollet vniuersali.
- 6 Pater ab intestato moriens, semel exclusam filiam vocare non videtur.
- 7 Mutatio voluntatis non presumitur.
- 8 Tex. in l. conficiuntur ff. de iur. Codicil. declaratur.
- 9 Filia exclusa propter suam renunciationem que a patre preterita fuit, admitti ad successione non debet.
- 10 Filia renuncians veluti extranea suitate amittit, & ius succedendi ab intestato.
- 11 Ius rumpendi testamentum regulatur a iure successione ab intestato.
- 12 Iure successione ab intestato carens, aduersus testamentum agere non potest.
- 13 Auctoritas ratio noua.
- 14 Filius is solus rumpere testamentum potest, qui ab intestato succedit.
- 15 Filia renuncians cum iuramento nec legitimam petere potest.
- 16 Filia cum iuramento renuncians bonis paternis renunciare non censetur fraternis etsi a patre habitis.
- 17 Bona paterna talia esse desierunt cum a filio fuerunt acquisita.
- 18 Tex. in l. final. de lega. 3. declaratur.
- 19 Tex. in l. subemus C. ad Velleya. expenditur.
- 20 Accusans de falso testamentum nequit succedere testatori si subcumbit, non tamen illius heredi succedere prohibetur.
- 21 Clausula salutaris ad excludendum filias ab omni successione.
- 22 Filia renuncians hereditati paternae, non censetur renunciaisse fraternae, etsi hereditas per fratrem adhuc adita non fuisset.
- 23 Filia renuncians cum iuramento fauore fratrum masculorum, qui viuo patre moriuntur, patre ab intestato decedente succedit exclusis patris.
- 24 Renunciatio restringenda ut non alios casus & personas comprehendat quam expressas.
- 25 Causa pactionis cessante, & pactione deficere debet.

- 26 Renunciatio per filiam facta, in dubio fauore fratrum facta censetur.
- 27 Filia renunciatio nedom contemplatione masculorum, sed & feminarum facta videtur.
- 28 Filia renuncians fauore fratrum, & sororum portionem legitime petere non potest.
- 29 Opinio auctoris.
- 30 Renunciatio filia simplex, patri & illius hereditibus in dubio facta censetur.
- 31 Agnationis ratio in dubio habita non videtur ad exclusionem feminarum.
- 32 Filia renuncians patri, qui masculos & feminas habuit, mortuis masculis in vita patris, admitti ad hereditatem cum alijs sororibus non potest.
- 33 Filia renuncians in matrimonio spirituali ingressus scilicet religionis patri suo ab alijs sororibus excluditur patre ab intestato moriente.
- 34 Renunciatio, que fit in ingressu religionis, ea mente fieri censetur ut reliquas sorores maiori cum dote nubant.
- 35 Filia renuncians patri in ingressu religionis, qui alios quam filios vel filias heredes instituit, ad patris successione aspirare non potest.
- 36 Opinio Meneba. aduersus Didacum.
- 37 Didac. veras opiniones ut plurimum amplexus.
- 38 Filia renuncians patri ab intestato succedit mortuis ceteris fratribus & sororibus.
- 39 Filia renuncians patri gratia agnationis conseruande, mortuis fratribus excluditur a patris.
- 40 Menochij traditio fugienda.
- 41 Renunciatio per filiam facta fauore fratrum masculorum, illis mortuis in totum extinguitur.
- 42 Didaci opinio.
- 43 Renunciatio per filiam facta fauore fratrum masculorum tacitam habet conditionem nisi premoriantur.
- 44 Didaci traditio celebris.
- 45 Didaci ratio.
- 46 Renunciatio per filiam facta cum iuramento eo tempore, quo adhuc pater filios masculos non habet, fauore masculorum nasciturorum facta videtur.
- 47 Filia, que semel renunciauit fauore fratrum, qui nolent patris hereditatem adire, admitti ad successione non possit.
- 48 Morante declaratio insignis.
- 49 Filia renuncians cum iuramento expressa causa quia dotem receperit, mortuis ceteris fratribus & sororibus, a patris excluditur.
- 50 Interpretum ratio.
- 51 Didaci declaratio insignis.
- 52 Filij & heredes filij renunciantis sic excluduntur ut eadem filia excluderetur.
- 53 Didaci ratio & declaratio.
- 54 Opinio communis improbat.
- 55 Renunciatio filia a patre accepta intuitu filiarum

- rum suorum recepta censetur.
- 56 Expressio cause non immutat intentionem filie renunciantis.
- 57 Dispositiones hominum non ex vna tantum causa, sed ex multis fieri presumuntur.
- 58 Filia renunciatio non nocet filijs suis, ubi filia ante patrem moritur.
- 59 Renunciatio filia de bonis paternis cum iuramento intuitu fratrum masculorum, moriente patre superstitite filia & alia nepte ex filio masculino premortuo, admittitur filia exclusa nepte.
- 60 Morante declaratio vira in predicta specie.
- 61 Renunciatio filia propter masculos moriente patre superstitite filio & nepote masculino ex filia premortua, efficit ut nepos ex filia excludatur.
- 62 Filia exclusa, & illius filius masculus exclusus censetur.
- 63 Filia renuncians patri eo ab intestato moriente superstitite filio, & ex eo filia, admitti ad hereditatem patris intestati non potest.

QUESTIO. LXXXII.

FACTA PER FILIAM RENUNCIATIO DE HEREDITATE PATERNA IN CAPITULIS MATRIMONIALIBUS, QUANDO & IN QUIBUS CASIBUS IPSAM AB INTESTATI SUCCESSIONE EXCLUDAT, MULTI CASUS UTILITER DECLARANTUR.

- 1  N ea & pleriq. sententia fuerunt vt existimant filia renunciationem in contractu matrimonij factam cum iuramento minime excludere eam ab intestati patris successione. Rationem reddunt, quoniam moriendo ab intestato visus est tacite vocare filiam renunciantem vna cum alijs filijs, qui ab intestato succedunt. l. conficiuntur ff. de iur. Codicil. notant interpretes nostri in l. non iustam C. ad Trebelliam. & ego ipse in pulchro casu scripsi hoc lib. sectio. 1. q. 15. Et hac sola adiutus ratione Zenzeli, doctor antiquus hanc probauit opinionem in d. ca. quamuis pactum de pact. in 6. quem sequuti sunt multi quales Bertran. consi. 9. lib. 3. & consi. 169. eod. lib. Aretin. consi. 92. sed & Rota. Roma. hanc ipsam opinionem aliquando complexa fuit decisio. 850. in antiquo. & Besigne. decisio. 3. de pact. in antiqui. Imol. in d. ca. quamuis pactum, & alij quos recenset Alexan. consi. 29. nu. 3. lib. 3.
- 2 In contrarium tamen numero plures declinarunt, filia semel iurata renunciatione exclusa, neq. ad intestati successione cum ceteris fratribus admitti posse & cum enim sim
- 3

pliciter, & pure renunciauerit, visa est omni successione ordini, quo succedere posset renunciaisse glo. insignis iuncto tex. in l. 1. ff. sed videndum ff. de successio. edic. censit glo. & illa quod vbi haeres ad alterius successione venire potest duplici iure ciuili vel praetorio, repudiando simpliciter & generice, vtrique iuri renunciare censetur, & glo. illam dixit singulari Castren. in l. 3. ff. de acqui. heredi. Rursus & indefinita oratio aequipollet vniuersali l. si pluribus de lega. 2. l. si plures de lega. 3. cum vulgat. Et multo fortius stringit quod huiusmodi renunciatio iurata est, & omnem comprehendit successione speciem, habet enim vim expressi vt multorum dixi auctoritate supra quest. 1. hac sectio. Et ratione iuramenti videtur filiam in genere saltem (quod sufficit) cogitasse de cetero successione ab intestato. innumeris recedat Gabr. in commu. titul. de iure iuran. conclu. 3. vers. Contrarium quod stante iuramento; & in terminis, & propria casus nostri specie post Barba. Curti. & Craue. respondit Meno. consi. 6. nu. 23. lib. 1. scripsi supra quest. 81. in extremis verbis.

Quare hanc sententiam vt dixi tenuere alij omnes, Barto. & Alexan. nu. 8. in stipulatio hoc modo concepta de verbo. obliga. Bal. in l. cum Archimedorum C. vt in possessio. legato. & in l. pactum dotali quest. 3. vbi etiam Sali. C. de collatio. Roma. Imol. & Aretin. in l. qui superstitis ff. de acquire. heredi. dixit communem Alex. d. consi. 29. nu. 4. & consi. 149. nu. 4. Gemi. & Fran. in d. cap. quamuis pactum vbi Grego. Nat. limit. 9. Dida. qui alios in 3. par. 5. nu. 5. & Gutier. in verbo omnino seruari nu. 1. & 2. Beren. Ferran. in cap. 1. de fili. nat. ex matri. ad morga. cotrac. vlti. par. cap. 2. nu. 9. Guid. Pap. decisio. 295. Crauet. consi. 11. nu. 13. & seruari in hoc fenatu nullo relato refert Ferrer. lib. 3. obser. cap. 474. Crot. repetit communem in d. l. stipulatio hoc modo concepta num. 26. Parisi. consi. 26. nu. 17. lib. 3. alios multos ex antiquioribus refert Anto. Gabri. in suis comu. titul. de iur. doti. conclu. 1. nu. 40. Grass. in 5. successio ab intestato quest. 10. nu. 13. vers. Quero praeterea, qui vna cum Gabriel. d. conclusio. receptissimam dixit, & tenendam. Mencha. tract. de successio. creatio. lib. 2. 5. 18. nu. 119. Anto. Gomez in l. 2. Tau. nu. 8. & his non relatis nouissimè Menochi. consi. 6. nu. 18. lib. 1. quam itidem comuni calculo doctorum obseruari dixit.

Non enim & pater intestatus decedens inuitasse filiam censetur, quam in vita medio iuramento semel ab illius exclusit hereditate; Quo argumento tollitur aliud quod pro aduersa parte adduxi, quoniam cum pater fi-

7 **liam vel filium ab hereditate exclusit, cenfetur ꝑ in eadem voluntate moriendo perfeuerare: cum in dubio voluntatis mutatio non prafumatur. l. nam ad ea ff. de cōdi. & demonf. refoluit multorum autoritate Menochi. in cōmen. de preſ. lib. 3. praef. 57. nu. 9. latius lib. 4. praef. 165. a num. 1. cum innumeris fequent.**

8 **His accedat quod tex. ꝑ in d. l. conficiuntur ff. de iur. Codi. folum procedit in his, qui primum fucceſſionis gradum habent, iuxta glo. receptam in d. l. non iultam Bertho. Socin. conf. 152. nu. 7. lib. 1. Menoch. poſt eum d. conf. 6. num. 18. at excluſa filia iurata renunciatione nō competit primus fucceſſionis gradus fed alijs, qui in eodem gradu aut etiam fequenti poſt primum ſunt.**

9 **Vt autem huius quaſtionis quotidianæ, & vtilis explicatio facilior reddatur quoſdam caſus familiariter explicandos inſtituam.**

10 **Primus eſt cum ꝑ filia nedum ad inſteſtati fratris fucceſſionem quaſi tacite inuitata venire aſpirat vt in praecedenti dixi ſpecie, fed & quando facto teſtamento a patre ipſam praeterit, & rumpere teſtamentum vult, quia praeterita: & quemadmodū in priore repellitur ita in hoc caſu. probaturque ex tex. in d. cap. quamvis pactum in verbis, nullum ad bona paterna reſreſſum haberet; qua generalia ſunt, & hunc etiam caſum continent; iunctis verbis eiufdem tex. omnino ſeruari debet, &c. prout hec verba interpretes mox citandi ad huius caſus probationē perpendunt: Rationem reddunt duplicem. Prima ꝑ quoniam per huiusmodi renunciationem filia efficitur veluti extranea, & amittit ſuitatem, ius quoque ab inſteſtato ſuccedendi; atqui ius ꝑ rumpendi teſtamentum regulatur a iure fucceſſionis ab inſteſtato, l. cum quaeritur C. de inoſi. teſtam. l. parentibus eod. titu. l. 1. ff. de bono. poſſeſ. con. tabu. tex. egregius in §. eadem hæc obſeruantur, in verſi. Item adoptiuos inſtitu. de hæredi. que ab inſteſ. deſe. vbi ꝑ ꝑ regula traditur, cum, qui iure ſuccedendi ab inſteſtato caret, minus contra teſtamentum agere poſſe: Altera ratio adferri ſolet, quoniam filius vel filia excluſi a paterna ſucceſſione ſponte voluntate propria ipſorum reputantur extranei. l. neceſſarijs ff. de acquir. hæredi. l. ſi filius qui patri vbi oēs ff. de vulga. §. ſui inſtit. de hæred. quali. & difſeren. Vnde quemadmodum extranei aduerſus teſtamentum agere non poſſunt, ſic neque filij qui ſponte ſe a paterna abſtinuerunt hereditate.**

11 **Ego vero ꝑ praeter alios omnes aliā reddere rationē ſolitus ſum; ſi enim filia ſemel iuramento a paterna excluſa hereditate aduerſus patris teſtamētū agere poſſet, & illud**

12 **nullum dicere, in cōperto eſt ipſam aſtione ſua patris hereditate ad inſteſtati perducere ſucceſſionē, a qua ſemel excluſa fuit: ne igitur vna via cōcedatur, quod altera prohibetur ca. cū quid cū ſimil. de regu. iur. iure ſibi prohibitum cenfetur ne patris teſtamentum nullum dicere poſſit; & quia prohibito vno cenſentur prohibita omnia per quæ peruenitur ad illud l. oratio cū vulgat. ff. de ſponſa.**

13 **Vnde prædicta ſententiā tenuerunt Petr. Iacobi. Ioan. de Anani. & Ioan. Guilli. doctores antiqui quos refert & ſequitur Guido. Pap. decifio. 295. n. 1. & ante eos Bartol. cōmunis præceptor omnium in l. 1. §. qui habebat ff. de bono. poſſeſ. con. tabu. idem Bartol. in l. final. n. 5. ff. ad Tertulia. S. C. vbi ꝑ egregie ſcripſit ſolum cum filium teſtamentum rumpere, qui ab inſteſtato ſuccedere poteſt. Iaſſ. in auth. nouiſſima nu. 57. C. de inoſi. teſtam. Cuna. in l. filiꝑ qui in poteſtate nu. 18. ff. de libe. & poſth. ibidem Iaſſ. nu. 10. Beren. Ferran. in cap. vni. de fili. nat. ex matre. ad morga. con. vlti. par. cap. 2. nu. 9. verſi. Tertio ampliabis Ant. Gom. in l. 22. Tau. n. 8. verſi. Secundo & principaliter, & his non citatis Gutier. in d. cap. quamvis pactum in verbo omnino ſeruari debet nu. 1.**

14 **Secundus ꝑ caſus cum filia renuncians legitimam petit, quo in caſu receptiſſimā dixi filiū vel filiā excluſi ſupra q. 83. non repeto.**

15 **Tertius ꝑ caſus, quando filia iuramento excluſa ad bona paterna a fratre tamen, qui in illis ſucceſſerat iam acquiſita reſreſſum haberet, cui ab inſteſtato ſuccedit; eſt ꝑ enim ab origine paterna dici poſſint, quia tamen a fratre queſita paterna eſſe deſerunt iuxta glo. in ſignem & magiſtram in l. 1. §. veteres verbo per vnum ff. de acquir. poſſeſſio. Bartol. in rubri. ff. de acquir. hæredi. & dixit cōmunem Iaſſ. ibidē nu. 6. & 18. & probat tex. in l. ſed ſi plures §. filio impuberi ff. de vulga. l. eius qui in prouincia §. fin. de reb. credi. §. 1. cum ſimili. inſtit. de hæred. quali. & difſeren. Anto. Gom. in l. 45. Tau. nu. 154. ornat multis Iaſſ. in l. penul. §. final. num. 8. de reb. credi. ita efficitur vt filia renūcians a ſucceſſione inſteſtati fratris, qui bona paterna poſſedit minime repellatur per alios agnatos.**

16 **Quæ ꝑ opinio valide adiunatur tex. in l. final. de legat. 3. quo probatur filium ex hæredatum a patre non interdici, quin fratri, qui patris hæres factus fuit ſuccedere poſſit; non enim patri ſed fratri ſuccedere dicitur in hoc caſu; inde argumentatur Iuriſconſultus ibidem, nō deberi legata relicta ab exhæredati ſubſtituto in hac ſpecie, quia nō ex perſona patris ſubſtituētis, ſed ex altero filio fratre cōmodū cōſequitur: ſimilis**

tex.

19 **tex. ꝑ in l. iubeamus C. ad Velleian. S. C. quo traditur renunciationem ſtricti iuris fore atque limitari ſolere ad cauſam, res, & perſonas tantum renunciantes: quod latius ornamus hac ſectio. quaſtio. 73. Id ipſum ꝑ traditur in l. qui Titij teſtamentum ff. de his quib. vt indig. licet enim accuſans de falſo teſtatoris teſtamentum nequeat ſuccedere teſtatori, ſi modo in petitione ſubcumbat, non tamen illius heredi ſuccedere prohibetur, aut alteri perſonæ, ad quam bona illius peruenerunt teſtatoris; vt modo alia multa omittam, quibus hæc iuuatur opinio; quam tenuerunt Alberi. in l. ſi quando §. illud C. de inoſi. teſtam. Bartol. in l. final. r. quaſtio. ff. ad S. C. Tertuli. Iaſſo. in l. eius, qui in prouincia §. final. de reb. credi. Deci. in l. quoties duplici num. 6. de regu. iur. Roman. conſil. 168. Aretin. conſil. 160. Caſtren. Bald. Aretin. Roma. Deci. Alexan. Natt. & Corn. quos refert & ſequitur Anto. Gom. in dict. l. 22. Tau. num. 13. ad finem Didac. qui etiam Alexan. Aretin. & Deci. citat in d. cap. quamvis pactum 3. par. §. 3. num. 2. vbi Gutier. in verbo omnino ſeruari debet, num. 8. alios multos ex antiquioribus memorat Tiraq. tract. de vtroque retrac. r. par. §. 1. gl. 9. nu. 44. decidit Math. de Afflic. vbi Vrcil. ad eum decif. 178. num. 4. Capel. Tolof. decif. 457. dixit communē relatis multis Eugeni. conſil. 88. nu. 80. vbi erudite Berenga. in cap. 1. de filij. nat. ex matre. ad mor. contract. vltim. par. cap. penul. num. 3. Menoch. relatis Roman. Aretin. Socin. & Curti. in conſil. 335. num. 4. lib. 4. Roberi. Moran. diſpu. 10. num. 16. refert communem relatis paucis Graſſi. in §. ſucceſſio ab inſteſtato quaſt. 10. num. 16. qui inibi ſubiungit ꝑ in practica ſollicitum fuiſſe, in renunciationibus huiusmodi ad excluſendas in totū filias addi, quod renunciant hereditati paterna, materna, & paterna. Et hic ſanē ꝑ caſus etiam procedit quando adhuc hereditas per fratrem, cui ſoror ſuccedit adita non fuiſſet, eſt enim quia non adita videatur fraterna dici non poſſit d. l. ſed ſi plures §. filio impuberi de vulga. quoniam tamen ſoror in hac ſpecie venit nō ex perſona propria quia renunciauit, ſed ex perſona fratris deſuncti, vtique iure poteſt vtramque hereditatem adire; fratris ſcilicet ex propria perſona, item & patris hereditatem ex perſona fratris deſuncti propter ius ad eū in illius hereditate repertū, & tranſmiſſum, ex eo cap. quo tranſmitti potuit; ad ea; quæ omnes ex eo tex. in l. cum antiquioribus C. de iur. delibe. Sic in propria caſus noſtri ſpecie docuerunt Aret. in d. conſil. 160. Deci. in d. l. quoties duplici de reg. iur. ad. fi. Calcan. conſil. 12. col. 1. Deci. conſil. 266. nu. 3.**

20 **Parpu. Bartho. Socin. & Capu. quos ſequitur & refert idem Dida. in d. §. 3. num. 2. Anto. Gom. in d. l. 22. nu. 13. verſi. Quod notabiliter extendo Gutier. in dict. cap. quamvis pactum in verbo omnino num. 9.**

21 **Quartus caſus, ꝑ cum filia renunciat cum iuramento fauore maſcalorum fratrum ſuorum, & ij viuo patre moriuntur, in quo ſanē caſu, filia patre deſuncto ab inſteſtato ſuccedet excluſis patruis, & ex teſtamento hæres inſtituenda eſt quoad legitimam debitam; ꝑ Ratio ea reddi ſolet quoniam renunciatio reſtringitur vt niſi caſus & perſonas expreſſas continere poſſit d. l. iubeamus C. ad Velleian. cum alijs a me citatis paulo ante in verſi. Secundus caſus; tum etiam (quod millies dixi in hoc libro) iuramentum tacitam in ſe habet conditionem ſubintellectam, rebus ſcilicet in eodem ſtatu permanentibus l. final. ff. qui ſatis. cogan. ca. breui. cum ſimi. de iure. iur. dixi quaſt. 82. vnde cum mutatus fuerit ſtatus morte fratrum, conſequēter filia ſuccedere poterit; que proculdubio opinio receptiſſima eſt ſimul, & æquiſſima, cum ꝑ ceſſante pactiois cauſa, & pactio ipſa deficiat omnino. docuerunt in d. ca. quamvis pactum Domi. Fran. & Grego. Natt. num. 24. Dida. dict. §. 3. num. 4. Gutier. inibi in verbo, omnino ſeruari debet num. 14. Anto. Gomez. libr. reſolut. 1. cap. 5. num. 23. Telli. in l. 6. Taur. num. 44. Mencha. libr. 2. de ſucceſſio. creatio. §. 18. num. 146. vbi quinque comprobatur rationibus, multos adfert Ludouic. Molin. de Hiſpan. primo. lib. 2. cap. 3. num. 48. Alexan. Benedic. Math. de Afflic. Bald. Claud. Crot. & Pariſi. quos citat ſequitur dicens veram opinionem Dida. dict. §. 3. num. 4. Calcan. Crauet. Boeri. Deci. Ruin. Afflic. Aretin. Roma. cum alijs innumeris, quos coaceruat Menoch. conſil. 6. num. 2. & 3. lib. 1. & praeter relatos alios adduxit Gabri. in commu. titul. de iur. doti. conclu. 1. num. 30. communem dicens. Graſſi. in §. ſucceſſio ab inſteſtato quaſtio. 10. num. 11. Moran. diſputa. 10. num. 15. multos refert Vrcil. ad Afflic. decifio. 161. num. 5.**

22 **In dubio ꝑ vero cenſetur facta renunciatio contemplatione fratrum vbi extant, niſi aliud ex coniecturis deprehendi poſſit; quia ſi expreſſim fauore illorum fiat res ſine dubio eſt, igitur renunciatio in dubio facta cenſetur fauore fratrum, Dida. in d. §. 3. nu. 4. & paulo infra in verſi. Tertio, & illud vbi id eſſe de mente fere omnium ſcribit, & refert aliquos idem tenentes Telli. in d. l. 6. Taur. num. 44. Gutier. in d. verbo. omnino ſeruari nu. 14. Et hanc refert Alexan. & Caſtren. id ipſum aperte ſcribit Moran. in d. diſput. 10. nu. 27. in principio. Salice. Alexan. Caſtren.**

Corne. Butigel. Parisi. Socin. iuni. Bero. Rolan. Capi. Caphal. Becci. quos refert & sequitur Surd. confi. 244. nu. 1. & nu. 7. lib. 2.

- 27 Quinimo & nedom in fauore fratrum masculorum, sed & faeminarum fororum, atque sic fieri vt mortuo patre intestato foror renunciens ab alijs excludatur. Ita & ex testamento quo alias forores pater, & illius filias haeredes instituit legitimam portionem petere non poterit rumpendo testamētum, quoniam nulla adferri potest sufficiens coniectura, qua credi possit renunciantem filiam non fororum cōtemplatione renunciasse, sic ex communi erudite respondit Parisi. d. confi. 26. nu. 17. & 52. lib. 3. Corne. confi. 291. li. 4. quos sequitur Dida. d. §. 3. nu. 4. in vers. Sexto est praeterea constituendus casus: & repetit communem Benue. Stra. nu. 4. in addi. ad Crauet. confi. 42. Gra. in d. quaest. 10. nu. 13. Mencha. de successio. creatio. lib. 2. §. 18. nu. 109. Morant. in d. disputa. 10. nu. 14.
- 28 Contrariam sententiam tenuit Bal. confi. 437. lib. 1. quem sequuti sunt viri grauissimi quales Deci. confi. 370. idem confi. 433. nu. 2. Rota. Roma. decisio. 850. in antiqui. & egregie hanc ipsam tuetur Crauet. d. confi. 42.
- 29 Ego & sanē in hac controuertia ab opinione communi non recedo, nisi ex aduerso legitimae coniecturae adducerentur, quibus credi posset filiam renunciasse patri causa agnationis conseruandae, & sic fauore fratrum masculorum, quo in casu admitterem Craue. sententiam; eas autem legitimae coniecturas intelligo, quae in contractibus maxime in donationibus, quae celebrantur in capitulis matrimonialibus cōsiderari solent; quas ego diligenter congesi hoc lib. sectio. 2. Manifestum & etenim est renunciationem filiae simplicem, censerī patri, & illius haeredibus factam in dubio; mortuo itaq. patre remanent heredes filiae, quae non renunciarunt, proinde ipsis huiusmodi portio renūciata accrescet, quam rationem post veteres reddit Moran. d. disputa. 10. nu. 14. Addiderim & ipse in dubio non censerī habitam rationem agnationis conseruandae fauore masculorum ad exclusionem faeminarum in contractibus, maxime in quibus sit stricta interpretatio, nisi validissimis coniecturis aliud appareat, vt multorum autoritate ostendi hoc lib. sect. 2. quest. 20.
- 30 Eadem & quoque recipitur opinio in casu fortiori quando tempore renunciationis pater filios masculos habuisset simul & faeminas, & fratres post renunciationem mortui sint, adhuc ea filia ab alijs fororibus excludatur: sic respondit Alexan. confi. 29. nu. 8. lib. 3. Socin. & alij quos sequitur Parisi. dict. confi. 26. num. 27. Dida. dict. §. 3. nu. 4. vers.

Sexto est praeterea vbi ad id Angel. Aretin. & alios adduxit Mencha. d. §. 18. num. 114. Grass. in dict. quaest. 10. num. 13. vers. Quinimo si filia.

- 33 Admittunt & quoque interpretes nostri casum praedictum, vbi filia renunciaret in contractu matrimonij spiritualis, in ingressu scilicet religionis patri suo, ea enim & monasterium illius nomine ab alijs excludatur fororibus patre intestato vita functo; renunciatio & quippe ea mente & intentione facta censetur vt reliquae forores maiori cum dote nubant, atq. facilius viros inueniant: Idemque est & vbi pater testatus decederet, & alios quam filias ipsas haeredes institueret, non enim filia aut monasterium aduersus patris testamentum agere poterit, & haereditatem vindicare, nam & ea quoque intentione renunciare fecit filiam, vt liberius ipse testari & disponere de bonis suis posset semota obligatione instituendi filiam monacham, aut ei aliquid relinquendi, sic ex mente communi interpretum resoluit Dida. in d. §. 3. num. 4. vers. Nono idem omnino; id ipsum ex communi sententia interpretum nostrorum deducit Mencha. in d. §. 18. num. 116. quo in loco etiam Dida. citat.
- 34 Is & tamen aduersus eundem Dida. opinatur, quod vbi fratres aut forores omnes mortui fuissent & nullus ex filijs extaret, qui patri succederet eo intestato defuncto, monasterium in hac specie neque admittendum foret ex persona filiae ex generali decreto Pontificis in d. cap. quamuis pactum: Tum addit Mencha. quia Didaci opinio communi refragatur sententiae, qua omnium voto receptum fuit filiam neque patri ab intestato defuncto succedere posse, quemadmodum in principio huius quaestionis scripsi.
- 35 Verior autem est Dida. sententia quamquam Gutier. in d. verbo, num. final. in extremis verbis iudicare ausus non fuerit, quae duorum Hispanorum secum decidentium opinio amplectenda foret, nam Tellius in d. l. 6. Tau. alteram delegit, Ea & itaque vera est, habuit enim Dida. hoc praeter illius summam peritiam praecipuum, quod veras vt plurimum opiniones amplexus fuit, erat vir probus & iustus, timens Deum, & licet ille nihil in suam adduxerit sententiam probandam praeter communem omnium interpretum mentem, quam ex ipsis deduxit; probatur tamen & aperta ratione; quoniam etsi filia, quae renunciat cum iuramento ad intestati patris successorem aspirare nequeat, vbi tamen omnes fratres, & forores mortui essent, in aliorum defectum ipsa admitti debet non obstante renunciatōe iurata, quae ex tacita coniectura facta censetur cōtemplatione

platione aliorum fratrum vel fororum, quod si hoc deficiat inclusa remanet, argu. tex. in l. cum acutissimi cū similibus C. de fideico. Et quidem neq. renunciatō vel iuramentum ad hanc facti speciem extendi debet. ita auctoritate Corne. confi. 291. Angel. confi. 51. resoluit & recte Maran. d. disputa. 10. nu. 14. ad finem dicens ibi aliud fore quando pater testatus fuisset & alium haeredem instituisset, nam in hac specie admitti aduersus patris voluntatem non posset, prout & sensu Dida. vbi supra. Et hanc ipsam sententiā cū citatis Bald. Castren. Roma. Deci. Corne. Guiller. Aretin. Angel. Alexan. Salicet. Natt. & alijs amplectitur Anto. Gomez in d. l. 22. Tau. nu. 11. vbi latissime comprobatur.

- 39 Quintus casus, & cum vel expressim constat, aut tacite legitimis coniecturis, renunciationem per filiam factam, ea potissimum ratione a patre receptam, quod voluerit bona integra magis in agnatione & familia conseruari ad sui nominis & totius generis & posteritatis augmentum, in hoc etenim casu patre intestato defuncto, & omnibus illius fratribus & fororibus praemortuis minime tamen admittetur, stantibus patris per quos nomen & agnatio potest conseruari, sed ab illis penitus excludetur, sic egregie respondit in causa graui Menochi. confi. 6. per totum lib. 1. Et licet illius opinio recipi possit quia in casu suo constabat de aperta mente patris abintestato defuncti diligentis fratrem plusquam filiam, in quibus etiam terminis loquitur Gabri. d. confi. 1. nu. 55. Vbi tamen non constasset admitti illius sententia non posset, proinde & ne quemquam fallat Menochij traditio, animaduertendum, receptissimum apud interpretes fore quod licet & renunciatō per filiam facta dum nuptui traditur intuitu agnationis conseruandae, etiam si simpliciter facta sit, tamen e medio sublato, & mortuo masculo, ex hac tacita conseruandae agnationis ratione minime excludi filia renunciens poterit, quia vis illa conuentionis & renunciatōis iurata, tota extincta est mortuo masculo cuius cōtemplatione renunciatō facta est; ita auctoritate Aretin. Domini. Fran. & Natt. resoluit Dida. in d. §. 3. nu. 4. vers. Quinto si tempore & vbi addit id ipsum futurum, quādo pater praeter filios masculos filias haberet quas tamen tempore nuptiarum ad suas itidem portiones renunciandas induxisset. & praeter nunc relatos idem cōsuerunt Bal. Roma. Deci. Imol. Castren. Alexan. Crot. Butigel. Ruin. Marfil. Socin. iuni. Bero. Rolan. Ofasc. Gabri. Caphal. Mencha. quos sequitur decidendo Surd. decisio. 252. num. 4.

His ipse addidero quod licet renunciatō

fauore masculorum facta censetur quemadmodum declarauit post alios supra quaest. 79. vers. In dubio igitur, & superi⁹ hac quaestione vers. In dubio vero, vbi multos adduxi & tamen renunciatō huiusmodi tacitam in se conditionem habet nisi praemorianatur fratres masculi, rebus scilicet in eodem statu remanentibus; Vnde extinctis fratribus ipsa admittenda est quia limitata agnationis conseruandae ratione sublata corrumpitur tota renunciatō in fauorem renunciantis filiae; sic ex Bal. Pau. Castren. Alexan. & alijs scripsit Moran. in d. disputa. 10. nu. 15.

- 43 Sed & in & fortioribus terminis nec minus vere docuit idem Dida. dict. §. 3. nu. 4. vers. Quarto si paternam dilectionem, quod vbi filia renunciat haereditati paternae quo tempore pater vel filios habet masculos, vel si non habet habere tamen eos sperat, licet cum iuramento in terminis d. ca. quamuis pactum; licet etiam idq. magis multo cum pater recepit renunciatōem pro se & haeredibus suis, adhuc interpretanda renunciatō est, vt patre absq. filijs defuncto, nedom filia abintestato ad patris haereditatem admittatur, sed ex testamento, atque ideo praeterita nullum patris dicere testamentum poterit;
- 44 Rationem & reddit Dida. quoniam (inquit) etsi ea pactio de masculis & faeminis intelligenda sit, amore tamen paterno perpenso, non de haeredibus extraneis, sed de filijs censisse patrem praesumendum argu. d. l. cū acutissimi cum simili C. de fideico.
- 45 Et his & suffragatur notanda collectio traditio in capi. final. nu. 34. ex de donatio. qui inibi docuit renunciatōem a filia factam patri cum iuramento eo tempore quo pater nullos adhuc filios masculos habebat, quae intuitu & cōtemplatione filiorum masculorum nascendorum facta censetur, attamen non totius agnationis conseruandae ratione, sed limitate tantum respectu filiorum procreandorum ex praesumpta tam patris quam filiae renunciantis intentione celebrata videtur. ex d. l. cum acutissimi, & d. l. cum auus de cond. & demonf. collecta. sequitur Anto. Gomez. in d. l. 22. nu. 12. Gutier. etsi is obiter in d. ca. quamuis pactum in verbo, omnino conseruari debet, num. 2. Ex his constat consultationem Menochij d. confi. 6. non admodum tutam fore nisi expressim de intentione patris renunciantis costaret prout suo in casu.
- 46 Sextus & casus proponitur cū filia renunciat adiecto iuramento bonis & successioni paternae, quae vt dixi intuitu, & cōtemplatione filiorum renunciasse videtur, ob id his extantibus excluditur: Verum si ij patris nollent haereditatem adire eo intestato

tato defuncto, admitti filia posset. ratio ea est, quoniam renunciatio ea potissime intentione celebratur ut filijs proficiat, ceterum cum ipsi hereditatem repudiant ratio illa cessat & admitteretur filia ac si mortui fratres forent; ita ex mente Bartol. Socin. & aliorum docet Moran. in dict. disputa. 10. num. 15. ad medium: hoc tamen intelligit & recte quidem ibi idem Moran. nisi filij nolentes hereditatem decederent cum filijs intestati, vel cum testamento & heredem aliquem instituisent, is enim hereditatem consequeretur exclusa filia, quae semel repulsa semper remanet exclusa, id ipsum scribit nullo tamen relato Gutier. in d. verbo num. 3.

48
49
50
Septimus tamen casus quando filia cum iuramento renuncians ea expressa causa renunciat quod dotem receperit, in hac sane specie filia minime ad intestati patris hereditatem admittetur licet omnes illius fratres & sorores mortui fuerint viuo patre, sed ad patruos vel alio ab intestato proximioribus in gradu succedentes hereditas deuoluetur. tamen Rationem reddunt interpretes inferius citandi quoniam ubi expressa est renunciatio nis causa ratione dotis receptae, in comperito est causam ipsam permanere, etsi fratres mortui sint, unde cum ratio & causa semper vigeat exclusionis, itidem ius perpetuo permanebit. Roma. consi. 22. col. 2. Corne. consi. 291. col. 3. lib. 4. Bertho. Socin. consi. 34. nu. 4. lib. 5. Parisi. d. consi. 36. num. 44. lib. 3. Rolan. qui dixit communem consi. 11. num. 32. lib. 1. quos sequitur Dida. in dict. §. 3. num. 4. versic. Decimo est omnino aduertendum, Mencha. dict. §. 18. num. 118 Menoch. consi. 6. num. 17. lib. 1.

51
Intellexit tamen Dida. procedere hanc sententiam posse, cum dotis receptio vnica causa & sola renunciationis est, quod inquit raro contingere potest, nisi ubi pater tempore renunciationis nullos alios filios praeter renunciantem haberet, quod si alios haberet filios tunc conijci potest, etsi expressim facta foret renunciatio ex causa dotis receptae, factam etiam fuisse ut alij filij maiorem ex bonis paternis portionem haberent, quo in casu sublatis de medio, mortuis & extinctis filijs sine liberis patre adhuc viuo, conuentio & renunciatio illa omnino irritaretur ex praesumpta mente tam patris quam filij renunciantis. Et praeter superius relatos eandem sententiam tenuerunt ante Corne. Socin. & Meno. Castren. Alex. Deci. Oldrad. & Rube. quorum communem dixit sententiam Roland. consi. 11. num. 1. 2. 3. lib. 1.

52
Octauus tamen sequitur casus ad praecedentis limitationem, ut nedum praedicta renunciatio filiae sed & illius filijs & haeredibus, ij

etenim excluduntur ab hereditate cui fuit renunciatum, sic glos. communiter recepta in dict. cap. quamuis pactum in verbo detrimentum.

Hanc tamen traditionem interpretantur nostri, quando filia quae renunciauit mortem obierit post patrem, non enim tunc peti potest propter renunciationem, neque ab illius filijs qui auo nisi media matris persona succedere possunt, cuius extinctum fuit ius renunciatione, neque vnquam sibi delatum: hinc consequitur ut nepotes successorio adiecto intendere nequeant, etsi iure proprio admitti vellint, accrescit enim portio illa renunciatam fratribus, ius autem accrescendi superat successorium adiectum l. 1. cum vulgat. C. quan. non peten. par.

53
Alteram tamen etiam reddit Dida. rationem superius quoniam successorio adiecto in praesenti specie locus esse non potest, nam recepit filia portionem debitam pro dote sua, & perinde est ac si filia successisset patri, inde filij ipsius admitti nequeunt ex successorio adiecto, ne duplex successio in eadem persona & hereditate detur; citat Bald. Deci. & Alexan. At inquit si filia mortua fuisset viuo patre, possunt nepotes non obstant matris renunciatione admitti ex propria persona haec ille. quae tamen prius scripserat Rolan. dict. consi. 11. nu. 10. & 11. ubi alios recenset Anto. Gomez. in l. 22. Tau. num. 10. Gutier. post Rodri. Xuar. in dict. cap. quamuis pactum in verbo, Nec redundet in alterius detrimentum num. 2. & 3. latius multorum auctoritate comprobauit supra hac sectione quaestio. 78.

54
Sanè tamen vt ad casum proxime post octauum praecedentem reuertamur, inquirendum est, an illa traditio vera sit qua crebrius receptum fuit, filiam renunciantem adiecto iuramento ad intestati successorem peruenire non posse licet omnes illius fratres & sorores mortui essent, cum expressa causa renunciatum quia scilicet dotem receperat; etsi enim vno ore ab omnibus amplexa sit, mihi tamen valde suspecta videtur, quinimo veram non esse arbitror etsi ex alio videatur fieri posse propter tantorum auctoritatem vt ab ea in practica recedi valeat.

55
Quae autem me tamen argumenta mouent haec sunt. Primo quia vt sensit Dida. ubi alij extant fratres, praesumendum est, renunciasse filiam fratrum intuitu, & eodem sine patrem renunciationem recepisse vt reliqui filij maiorem & pinguiorem suae substantiae partem consequerentur, id quod milies in antecedentibus dixi.

56
Secundo tamen quia expressio causae quia dotem receperat, non mutat neque alterat mentem

tem & intentionem tam patris quam filiae renunciantis, qui ambo ea intentione & proposito id fecerunt vt fratres maiorem consequerentur portionem, at qui causae iam dictae expressio regulanda est iuxta mentem pascifcentium, id enim in omni actu & contractu licet strictam recipiat interpretationem nostrorum schola admittit, quemadmodum multis argumentis & auctoritatibus fuse scripsi hoc lib. sectio. 2. quaest. 20. & superius quaest. 85. in versu. Haec autem opinio Dida. ubi de renunciatione loquens in propria specie citauit Surd. decisio. 207. num. 11. vnde cum expressa causa tacitam in se conditionem habeat, dum fratres scilicet superuuant, consequens est vt per eam conditionem restringi ad eum tantum casum debeat.

57
Tertio tamen etsi ea causa expressa sit, non inde sequitur quod non alia moueri filia & pater potuerint, quinimo obseruauerunt interpretes nostri dispositiones hominum non ex vna tantum causa & ratione fieri, sed ex multis; praesumitur enim disponentem non vna tantum sed multis motum esse rationibus vt auctoritate Salicet. Iasso. Rip. Gozadi. Imol. & Curti. senio. decidit Surd. decisio. 322. nu. 64. proinde cum & alia ratio militare queat, scilicet vt ceteri fratres pinguiorem consequantur portionem, expressio causae quia dote contenta non debet filiae obesse mortuis omnibus.

58
Quarto tamen non in admodum dissimili specie traditum est, & communi etiam nostrorum voto receptum quod licet nepotes ex filia exclusi ab hereditate aui dicantur sicut ipsa filia propter renunciationem quae illis nocet vt superius modo dicebam, & id intelligatur dum filia mortua si post patrem, secus si ante quo in casu nepotes admittuntur tam vera haec sententia est, vt licet filia renuncians causam adijciat de qua supra quia se dote contentam expressim dixit, non tamen ob eam expressionem causae nepotes excluduntur, sic ex Bald. Aretin. Nat. Deci. & Crauet. respondit egregie Rolan. d. consi. 11. nu. 7. ubi addit ab hac opinione vti communi & vera in iudicando & consulendo recedendum non esse: quam probarunt ex Hispanicis aliqui quales Telli. in l. 6. Tau. nu. 61. qui alios in eandem citat opinionem communem repetens. Baeza trac. de non melio. filia. ratio. doti. cap. 74. num. 112. Gutier. in dict. cap. quamuis pactum in extrema illius capituli interpretatione num. 3. quamquam post nonnullos ab eo citatos contrariam tueatur Anto. Gomez. d. l. 22. nu. 10. post Rodri. Xuar. qui perperam suam opinionem communem dicit. vnde quemadmodum huiusmodi expressio causae per filiam facta nocere

filijs suis non potest, sic neque eidem filiae quando in hereditate paterna succedit ceteris fratribus de mortuis; quae rationes & argumenta admodum repugnare superiori communi sententiae videntur.

59
Nonus tamen casus proponitur cum filia renunciat bonis paternis cum iuramento intuitu & contemplatione fratrum masculorum, & accidit mori patrem superstitem filia & alia nepte ex filio masculo praemortuo, licet enim videatur in hac specie excludi debere filiam ab ipsa nepte quia in locum patris subintrat, & illius personam representat, tamen quia dicta renunciatio facta fuit contemplatione & intuitu masculinitatis, & haec qualitas non militat in nepte ex filio, sic efficitur vt per neptem filia renuncians non excludatur, quinimo collata dote vna cum nepte admittetur Bartol. in l. liberorum col. 4. de verbo. signifi. Alexan. Fulgo. & Iasso. in l. 2. ff. de in ius vocan. & praeter relatos Cyn. & Bertho. Soci. quos refert & sequitur Moran. in dict. disputa. 10. num. 27. Crauet. non relatus ab aliquo consi. 42. num. 1. cum sequen. debet igitur dos conferri in hac specie Afflic. decisio. 161. Iass. Capi. Socin. Gramma. & alij quos refert & sequitur Vrcill. ad Afflic. in dict. decisio. 161. num. 1. ubi & scribit communem esse opinionem; Eam tamen & recte declarat nisi filius post patrem mortuus fuisset relicta filia, eo enim in casu filia renuncians excluderetur, ex quo ius illius portionis renunciatum fuit iam quaesitum filio, per quem semel exclusa soror perpetuo remanebit exclusa.

61
Id ipsum quod in casu profito iudicandum quando moritur pater superstitem filio & nepote masculo ex filia praemortua, excluditur enim nepos licet masculus quoniam cum ex femina descendat sicq. ex radice infecta & illum excludi necesse est, resoluit auctoritate eiusdem Bartol. Angel. & aliorum Moran. in loco citato: cuius vera opinio est cum regulariter tamen exclusa filia excludatur filius licet masculus ex ea, tamquam ex stipite vitiosa digrediens cap. 1. §. hoc autem notandum de his qui feu. dar. poss. cap. 1. de success. frat. ne nepos sit melioris conditionis quam illius mater l. si viua matre C. de bon. mater. Anchar. consi. 339. num. 6. innumeros recenset Tiraq. trac. de primogen. quaest. 12. num. 5. & quaest. 14. nu. 5. Pinul. consi. 4. nu. 5. Carol. Moline. in consue. Parisi. ubi ita tenere omnes scribit §. 16. num. 1. Pinel. in l. 3. num. 19. ubi receptissimam affirmat C. de bon. mater. Rojas in trac. de successio. ab intest. cap. 3. num. 31. Grat. qui communem consi. 120. num. 14. cum sequen. lib. 2. Alexan. in l. sed si hac §. liberos num. 4. ff. de in ius.

ius. vocan. latissimè qui alios plures superad-
dit, Aluar. Valaf. tract. de iur. Emphite. quef.
41. ad finem ubi scripsit, procedere opinio-
nem in quavis dispositione & casu et si in eo
(quod tamen fortius est) minime militet ra-
tio conseruandæ agnationis, quamquam ille
in suo casu contrarium teneat; & nouis imè
relatis multis disputat egregie Peregrin. trac.
de fideico. artic. 26. a num. 1. alios prætereo.
63 Quæ in prædicto casu dicta sunt ad aliū
similem deduci possunt, quando pater mo-
ritur intestatus superstiti filio & filia dota-
ta, qui quidem filius antequam adeat patris
hereditatē moritur superstiti filia fœmina,
in quam ex potentia euitatis transmisit hæ-
reditatem paternam ad text. in l. apud hos-
tes C. de suis & legi. hæredi. & quæ per Bar-
to. & omnes in l. si infanti C. de iur. delibe.
Ratio ea est quam modo superius reddidi,
quoniam ex quo remanet fœmina neptis &
in ea non concurrat ratio masculinitatis cu-
ius intuitu facta fuit renunciatio, non obsta-
te transmissione minime excludet amitam
suam; non enim pater hereditatem adiuit,
consequenter non fuit ius quæsitum filio, &
perinde est ac si mortuus fuisset viuo patre.
celebris traditio Iacob. de Aretin. quem se-
quitur ibi Salice. in l. 1. C. de adule. Socin.
confi. 116. col. 7. lib. 3. & hos refert & sequi-
tur, dicens perpetuo notandam traditionem
Moran. in d. disputa. 10. num. 27. Alia quæ ad
huius quæstionis materiam pertinent, pe-
tenda sunt ab his quæ quæst. 78. dixi.

SVMMARIVM.

- 1 Cautela utilis ad excludendum filias cum nup-
tui traduntur, ab omni hereditate paterna
materna & fraterna.
- 2 Berengarij opinio reprobat.
- 3 Filia dotata ab statuto exclusa simpliciter, à
successione dotantis tantum exclusa cense-
tur.
- 4 Iuramentum de quo in cap. quamuis pactum
de pact. in 6. vim habet transactionis.
- 5 Iuramentum decisorium vim tantum habet
transactionis.
- 6 Decij, Cæphali & Berengarij opinio confuta-
tur.
- 7 Text. in cap. quamuis pactum de pact. in 6.
procedit etiam cum filia renuncians nihil
dotis nomine recepit.
- 8 Renunciatio quæ à filia fit cum iuramento, ab
ipso iuramento robur accipit.
- 9 Renunciatio à filia facta quæ renunciat bo-
nis paternis, maternis & fraternis cum iu-
raments valida.
- 10 Statutum excludens filiam dotatam à bonis
paternis, maternis & fraternis validum.

- 11 Renunciatio patri facta à filia de omnibus bo-
nis paternis, maternis & fraternis valida
in fauorem fratrum.
- 12 Renunciatio à filia facta patri vel matri de
bonis maternis & fraternis, an fratrum
presentiam requirat.
- 13 Renunciatio iurata patri facta eo absente
nulla.
- 14 Renunciatio per filiam facta patri vel matri
de bonis paternis, maternis, & fraternis,
stante maxima læsione irritatur.
- 15 Text. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. non
procedit stante dolo.
- 16 Renunciatio per filiam facta patri de bonis pa-
ternis, maternis & fraternis, nõ nocet illius
filij quando mater prædecessit patri, matri,
vel fratribus.
- 17 Morantæ declaratio ad cõmunem opinionem.
- 18 Morantæ traditio celebris.
- 19 Collatio solum habet locum ubi agitur de hæ-
reditate ascendentis non autem collateralis.
- 20 Filia renuncians bonis paternis non censetur
renunciare bonis emphyteoticis vel feudali-
bus.
- 21 Baldi traditio insignis.
- 22 Bonorum appellatione non veniunt Emphyteo-
tica vel feudalia.
- 23 Bona Emphyteotica & feudalia quæ ex pacto
& providentia transeunt ad hæredes extra-
neos, patrimonialia reputantur.
- 24 Bona Emphyteotica & feudalia in Catalonia
ad instar patrimonialium redacta fuerunt.

QVÆSTIO. LXXXIII.

RENUNCIATIO FILIAE
in capitulis matrimonialibus qua se bo-
nis paternis, maternis & fraternis re-
nunciare iurat, quid & quantum opere-
tur non longa resolutione tractatum.



VRANT ꝑ sepius parentes
dum filias nuptui tradunt om-
nem ipsis petendi hereditatem
viam præcludere, atq. ideo hanc
solent quandoque clausulam in-
serere, cautè agentes quam quidem caute-
lam multi utilissimam arbitrantur vt post
antiquiores animaduertit Grass. in §. succes-
sio ab intestato quef. 10. nu. 16. Mencha. de
successio. creatio. lib. 2. §. 18. num. 177. Gu-
tier. in dict. cap. quamuis pactum in verbo
omnino seruari num. 8. de pact. in 6. alios
prætereo.

Huius vim clausulæ paucissimi ex nostris
interpretibus tractarunt, nec ij quidem ex-
ctè: ꝑ Imprimis autem antequam ad illius
explicationem accedam confutare oportet
Bereng.

Berenga. Fernan. opinionem qui. in cap. 1.
de filijs. nat. ex matri. ad morga. contra. 3.
part. cap. penul. num. 5. (licet is à nemine
referatur) in dictæ clausulæ explicationē sic
censuit. Prima (inquit) facie videtur dicen-
dum filiam, quæ renunciauit bonis paternis,
maternis, & fraternis, omnino repellendam
esse à successione patris, matris, & fratrum,
adstante dicto iuramento ex dispositione tex.
in dict. cap. quamuis pactum de pac. in 6. cõ-
trarium tamen (ait ille) verius esse puto
quod scilicet filia repelli minime debeat à
successione matris nec fratris, licet enim ex
instrumento renunciationis conitet de renū-
ciatione prædicta in bonis maternis, & fra-
ternis, quia tamen fit lege resistente dict. l.
pactum quod dotali C. de collatio. iuramē-
tum filiam non obligat l. non dubium C. de
legi. neq. datur illi iuramento robur ex dis-
positione tex. in dict. cap. quamuis pactum,
quia loquitur de renunciatione facta illi, à
quo filia congruam dotem receperat, ex ver-
bis tex. dote contenta, &c.

Cum ergo neque à matre neque à fratre
fuerit dotem consequuta quomodo renun-
ciatio facta bonis maternis valeret, cuius re-
nunciationis potissimum fundamentum est
ex receptione portionis congruæ: Itaq. re-
manet ea renunciatio respectu matris, &
fraternæ successiois inefficax & illegitima
propter tex. in dict. l. pactum dotali, vt post
multa Iass. tenuit in d. l. stipulatio hoc modo
concepta de verbo obligatio. Idem dicendū
putes (addit idem Berenga.) quando filia
per matrem aut auiam dotata renunciaret
bonis dotantis, & item paternis, nam patri
succedere nõ prohiberetur, propterea quod
renunciatio solum obest ne ab intestato suc-
cedatur dotanti d. ca. quamuis pactum, illic
à patre dotata; Quo ꝑ pertinet alia notabi-
lis decisio, quod si filia per statutum ubi do-
tata fuit excluderetur à successione solum
excluderetur à successione dotantis vt Bal-
docet in l. 1. C. de legi. hæredi. Phil. Deci.
confil. 634. Renunciatio igitur non tam ful-
citur iuramento, quam dotis receptione ab
eo, cui renunciatur, quod pulchrè me docuit
Anchar. in confil. 39. quem est sequutus Pe-
truci. in l. 1. ff. de iur. iuran. in 7. et est. iura-
menti. ea motus ratione ꝑ quod tale iura-
mentum de quo in d. ca. quamuis vim habet
transactionis, quæ inquit non valet nisi ali-
quo dato vel retento l. transacto C. de tran-
fact. Sed bona illius venia dixerim ratio nõ
congruit, quia solum iuramentum ꝑ deciso-
rium vim transactionis habet l. 1. de iur. iur.
non autem contractus confirmatoriū de quo
in d. cap. quamuis pactum. Ad confirmatio-
nem nostræ decisionis adde quæ Deci. confil.

379. Hucusque Berenga. id ipsum ante Be-
renga. respondit Cæphal. confil. 142. nu. 24.
lib. 1. & confil. 406. num. 46. 47. lib. 3. qui ci-
tauit in suam opinionem Deci. in l. pactum
dotali num. 8. C. de collat.

6 Verum ꝑ eorum sententia vera non est &
multis improbari potest; primo sine lege lo-
quantur, sine ratione, neque etiam auctore;
nam Iass. per Berengarium citatus in dict. l.
stipulatio hoc modo concepta non id dicit
ad quod eum citat; neque etiam alij ab ipso
relati vt infra dicemus.

7 Secundo ꝑ communi & vera omnium in-
terpretum sententia receptum est dispositio-
nem text. in dict. cap. quamuis pactum nedū
procedere ubi filia renunciat accepta dotis
portionē, sed & cum nihil dotis nomine cõ-
sequuta est: sic multorum scripsi autoritate
vera & recepta quef. 83. non repeto.

8 Tertio falsa ꝑ quoque illa Berenga. ratio
est, qua affirmat, renunciationem vim accipe-
re à dotis receptione, non enim nisi ab ipso
iuramento robur accipit dict. cap. quamuis
pactum, in verbis, si tamen iuramento non vi
nec dolo præstito, quæ verba apertissima sūt,
neque vllus ex nostris hucusque aliter sensit
neque intellexit.

Quarto verum non est quod ille dixit, sub-
lata scilicet dotis receptione omnino rema-
nere illegitimā & inefficacē renunciationem
propter dispositionē tex. in d. l. pact. dot. C.
de collatio. quoniam hoc apertissime repug-
nat text. in dict. cap. quamuis pactum in ver-
bis, improbet lex civilis, quæ verba referūt
simulq. stante iuramento tollunt dispositio-
nem d. l. pactum dotali quemadmodum post
glo. in d. ca. censuerunt omnes inconculse.

9 Quinto communis ꝑ & recepta sententia
est valere renunciationem à filia factam in
eum, quem superius modum retulimus, cum
renunciat bonis paternis, maternis & frater-
nis, quinimo vtilem admodum & proficuum
esse hanc clausulam dixi supra in principio
quæstionis autoritate Grassi Mencha. &
Gutier. Berenga. itaque opinio & Cæphal.
noua est & communibus multis aduersatur
opinionibus proinde reiicienda, nam neque
Deci. in confil. à Beren. relato id dicit. Sed
neque ea ratio quam adducit idem Beren-
ga. de statuto ꝑ excludente filiam dotatam
vt intelligatur excludere solum à successio-
ne dotantis quidquam facit; nam vel statutū
excludit filiam renunciantem simpliciter, &
tunc verum est eam excludere solum à suc-
cessione dotantis, aut vero vltius progre-
ditur & excludit eam à successione paterna,
materna, & fraterna, prout in casu nostro, &
in hac specie censetur exclusa ab statuto ne-
dum à successione dotantis, sed & ab alijs
expres.

expressis, sic in terminis & puncto respondit Deci. consil. 379. num. 8. & id ipsum dixerat in eisdem terminis Roman. consil. 485. quem etiam Deci. citavit, unde traditio illa Berenga. magis ipsius infringit sententiam.

11 Quare pro regula constituendum renunciationem a filia factam patri de bonis illius, maternis & fraternis valere omnino, & prodesse ceteris fratribus vel sororibus, quorum contemplatione facta fuit; sic censent Grass. Mencha. & Gutier. in princi. questionis relati, sic etiam autoritate Andre. de Alexan. Angel. & Bal. docet Math. de Afflic. decisio. Neapoli. 161. num. 2. & 3. apertissime Deci. dict. consil. 379. num. 8. in versu. Sed ita pariter dicendum est in ista renunciatione; Carol. Ruin. consil. 98. a num. 1. lib. 7. licet in suo casu propter alias tamen rationes contrarium responderit. Moran. in disput. 10. num. 29. ubi tamen limitat quando moreretur omnes fratres, & sorores sine filijs ab intestato, ex quo non habet filia impedimentum quo minus succedat. Et prater relatos sensit idem Deci. consil. 379. quem refert Caphal. consil. 605. num. 18. lib. 4. & relatis Roma. & Iasso. sequitur Vrcill. in additio. ad Afflic. in dict. decisio. 161. Cassan. consil. 24. num. 11. quem etiam Vrcill. retulit. Crauet. consil. 84. num. 4. & 5. Menoch. consil. 196. num. 47. & 55. lib. 2. Atque adeo valida est huiusmodi renunciatio ut nec per superuenientiam liberorum possit reuocari ut dicam infra quæst. 89. Hæc autem communis opinio quibusdam modis declaranda est alioquin vix est ut sustineri possit.

12 Primo pro ut procedat quando renunciatio facta de bonis maternis & idem de fraternis intelligendum, fieret presente matre & fratribus, quorum successioni renunciatur alioquin si eis absentibus minime valeret; probatur huiusmodi declaratio ex his, quæ ex communi, & receptissima fere omnium interpretum nostrorum traditione scripsimus hoc li. & sectione quæst. 76. quo in loco multis adductis ostendi renunciationem a filia factam patri absentem de illius bonis, & hereditati etsi iuram, nullius esse roboris, nisi post acceptetur per patrē, vel notarius pro eo fuerit stipulatus, illic dicta non repeto: unde quemadmodum patris requiritur presentia in filie renunciatione, idem in matre cui renunciatio fit; atque id ipsum in fratribus: Et in terminis de renunciatione hereditatis maternæ ut ipsius requiratur presentia respondit Caphal. consil. 605. num. 22. ad medium li. 4. ubi expressim in hunc modum declarat dispositionem dict. cap. quamuis pactum: & in eisdem terminis respondet Crauet. consil. 42. numer. 5. ubi Alexan.

Deci. Calcan. & Socin. refert.

14 Secundo declaratur pro ne procedat ubi cunque ex tali renunciatione per filiam facta de bonis paternis, maternis, & fraternis, remaneret grauissime lesa, quod tunc contingeret quando non maxima dote accepta his omnibus hereditatibus renunciaret, quoniam si id admittunt interpretes noltri in lesione, quæ filia contingit propter solam hereditatis paternæ renunciationem ut inferius suo in loco dicitur, certè magis multo id ipsam recipiendum est cum tribus modica dote contenta hereditatibus renunciat, maxime si pro matris hereditate nihil receperit. Rationem eam esse voluerunt nunc citandi interpretes, quoniam dispositio d. ca. quamuis pactum non procedit stante dolo, ut ex verbis eiusdem text. percipitur, at in tam grauissima lesione presumitur dolus ex proposito, eundem quo dolum dedisse causam renunciationi maxime in puellis, quæ vel terrore incusso, aut metu parentum saltem reuerentiali facile renunciant dum id petunt parentes; sic egregie in filia, quæ dote contenta renunciauerat quinque hereditatibus respondit multis iuribus & rationibus Anchar. consil. 32. num. 2. & post Crauet. Corne. & Parisi. consuluit Caphal. consil. 405. num. 43. 44. 45. cum ante & post sequent. libr. 3. ubi etiam respondit pro filia, quæ quinq. hereditatibus renunciauerat; id ipsum multa adferens argumenta prosequitur erudite idem Caphal. consil. 142. a num. 1. toto illo consilio lib. 1. idem Caphal. consil. 207. num. 76. Socin. iuni. consil. 67. num. 6. li. 2. Deci. consil. 379. num. 14. pulchrè M. A. Eugē. consil. 12. nu. 23. 24. sed de hoc articulo inferius etiam agemus quæst. 90.

16 Tertio declaratur pro ut filia ad paternam, maternam, nec fraternam successione possit aspirare dum ipsa post mortem predictorum decesserit, delata sibi hereditate, quo in casu nedum ipsa, sed nec filij ex ea admitti poterunt tamquam ex matris persona (quæ semel fuit exclusa) venientes, secus ubi nepotes venient ex propria persona prædefunctæ matre predictis in quorum renunciatione fauorem, & hoc quidem procedit siue filia fuisset dotata de bonis maternis, siue non hanc dixit communem, & receptam autoritate Alexan. in dict. l. pactum dotali, Moran. in disputa. 10. nu. 32. intelligens hoc procedere collatis dotibus per nepotes alias secus. Et licet circa hanc declarationem aliqui tenuerint contrarium, quod scilicet filia licet viuo patre moriatur illius filijs ex propria persona venire non possint, quales Bald. Alexand. & Deci. quos refert Crauet. consil. 84. num. 5. ad medium; idem tamen Crauet.

Crauet. eodem in loco contrarium censuisse scribit Gozadi. & eundem Deci. dicentes hanc communem, subditque Crauet. se credere quod in practica observaretur huiusmodi renunciationem non nocere nepotibus.

18 Quarto declaratur quoties ageretur de bonis fraternis, in hac specie censuit Moran. d. disputa. 10. num. 33. idem per omnia dicendum quod de bonis maternis, & ipsorum renunciatione, differentiâ tamen in eo constituit, cum soror, quæ renunciauit fraternis dotem a fratre sui renunciatum fuit, habuit, dotemque illam ratam habuit pro ea portione, quæ sibi contingere posset ab intestato, ubi frater intestatus moreretur, tunc sanè siue soror moreretur viuo fratre, vel eodem mortuo utroque casu illius filij minime admitterentur stantibus alijs fratribus vel sororibus, aunculis scilicet, vel amitis. Rationem reddit Moran. quia inquit cessat ratio collationis in eundem in hoc casu, & cum collatio solum locum habeat ubi agitur de hereditate ascendente non autem collateralis iuxta glos. communiter ab omnibus receptâ in l. r. C. de legi. hæredi. cū alijs per eundem citatis; unde quemadmodum si viveret soror & successione optaret repelleretur propter renunciationem, neque in eo casu locum haberet collatio, id ipsum recipiendum in filijs, qui illis succederent, præcipuam enim absque collatione dotem retinerent, tum & successione vindicarent, quod iniquissimū esset; quod ille ex Roman. deduxit: quæ omnia diligenter notanda erunt, tamquam utilia, & quotidiana nec ab aliquo hucusque sic declarata.

20 Aduertendum pro autem filiam quæ renunciauit bonis paternis ex his verbis non videri renunciauisse bonis Emphiteoticarijs, vel feudalijs ubi ex pacto & conuentione feminæ admitterentur, non enim his bonis renunciare censetur, etsi iuramento adiecto renunciaret, quia alio iure filia debetur quam ex dispositione paternâ, sic in terminis dict. cap. quamuis pactum de pact. in 6. scripserunt Aluarot. & Alexan. in ca. 1. de eo qui fidem se. agna. Parisi. latè consil. 12. num. 56. libr. 1. Gram. decisio. Neapoli. 101. num. 10. & qui hos refert, & sequitur Dida. in d. cap. quamuis pactum 3. part. §. 3. num. 6. quam opinionem verissimam esse dixit inibi, nisi aliud ex pactis colligeretur, & prater superiores relatos a Dida. idem docuerunt in proprijs terminis Bald. in l. r. questio. 50. ff. de rer. diuisio. & censuit Bald. quod si vnus ex fratribus renunciauit feudo paterno, & deinde feudum mortuo patre peruenerit ad alios fratres, si post vnus ex his decedat, qui renunciauit filius ad successione illius feudi vacantis per-

uenire potest, ex tex. in l. Paulo Callimacho §. 1. de lega. 3. & tex. in dict. cap. 1. de eo, qui finem feci. agna. sequi sunt Baldum Alexan. Iasso. Tiraq. & Clar. quos refert & sequitur Menochi. consil. 335. num. 5. licet is post nu. 37. aliud senserit propter rationem diuersam, quæ in suo casu vindicabat.

22 Et generale est nedum in contractibus inter viuos, sed etiam in vltima voluntate ut Emphiteotica, & feudalia aliorum bonorum appellatione non veniant, nisi ipsorum natura altera fuisset Barto. in l. si patroni ubi post eum ceteri ff. ad Trebelli. S. C. latissimi me multas hinc inde adferens opiniones, & diuisiones Manti. in commenta. de coniect. vlti. volun. lib. 7. tit. 9. a num. 1. Bald. Socin. Alexan. Bertazol. Clar. Roland. Menochi. & alij numero plures distinguens, & subdistinguens Peregrin. in commen. de fidei. artic. 6. num. 18. cum sequent.

24 Sanè vno in casu non procederet Dida. & aliorum opinio quando scilicet bona Emphiteotica vel feudalia ex pacto, & prouidentia transfrent ad hæredes extraneos, vel cum lege aut consuetudine (vti in hoc vastissimo principatu Cathalonie) reducta fuissent huiusmodi bona ad instar patrimonialium, in hac specie proculdubio renunciatio per filiam facta comprehenderet bona Emphiteotica & feudalia Socin. iuni. consil. 79. nu. 21. lib. 4. Menoch. consil. 161. num. 14. lib. 2. fusè multis alijs citatis idem Peregrin. d. articulo. 6. num. 30. 31. alios prætereo.

SVMMARIVM.

- 1 Renunciatio facta per filiam patri cum iuramento de illius hereditate, non impedit quin heres a patre institui possit.
- 2 Renunciations, quæ per filias aut filios fiunt de hereditatibus paternis odiose.
- 3 Renunciations, quæ per filias fiunt parentibus, cum fiant fauore parentum non debent in ipsorum odium retorqueri.
- 4 Libertas testandi maxima.
- 5 Tex. in l. si patronus non aluerit ff. de ope. liber. declaratur.
- 6 Tex. in cap. 2. ex. de renunciatio. expenditur.
- 7 Renunciatio iurata ius tantum de presenti comprehendit.
- 8 Iuramentum regulatur secundum naturam contractus cui interponitur.
- 9 Renunciatio per filiam facta fratribus & eorum contemplatione, non impedit quin heres a patre institui possit.
- 10 Renunciatio per filiam facta patri, non impedit quin ab eodem patre possit filia inter viuos donari.
- 11 Renunciatio per filiam facta patri, non impedit

dit quin heres institui possit a patre etiam in eo testamento, quod ante renunciationem conditum erat.

- 12 Renunciatio per filiam facta patri de omni iure sibi competenti etiam ex quavis institutione paterna, non impedit quin a patre heres institui possit.
- 13 Filia qua renunciavit patri heres instituta ab eo, iura suavitatis recuperat.
- 14 Renunciatio filiae patri facta non impedit quin ab eodem patre, nedum in specie, sed & in genere heres institui possit.
- 15 Exheredatione generali et si filij non continentur quia actus odiosus, in actu tamen favorabili institutionis utique.

QVÆSTIO. LXXXIII.

RENUNCIANS FILIA CVM iuramento paternæ successioni, quando & quibus casibus heres institui vel eadem aliquid legari possit.



AB omnibus fere & interpretibus nostris observatum video, filiam, quæ adhibito iuramento paternæ renunciavit successioni, (idem de materna vel fraterna censendum) posse nihilominus a patre institui, vel eidem aliquid in testamento relinqui aut legari, poteritque filia iure optimo institutionem agnoscere & hereditatem petere, etsi fratres alij vel sorores aduersentur eodemque modo legatum petere:

1 Rationem & reddiderunt doctores, quia cum renunciationes huiusmodi sint odiosæ & iuris stricti, consequenter non extenduntur ad aliam personam vel causam, neque ad ius de nouo superueniens l. iubemus C. ad Velleia. l. Aurilius §. testamento de libe. lega. dixi multorum autoritate supra quæst. 73.

2 Altera huic elegans adiungi & ratio potest, quoniam huiusmodi renunciationes fiunt favore parentum, matris, vel fratrum, quod si in heredem instituerent renunciantem filiam non possent inducta favore in ipsorum odiu, & detrimentum retorqueretur aduersus iuris regulam l. quod favore cum vulgat. C. de legib.

3 Tertia additur ratio quia & impediretur libera testandi facultas ratopere priuilegiata l. stipulatio hoc modo concepta cum simili de verbo. obliga. l. 1. C. de sacro. Ecclesi.

4 Probat & autem aperte hanc sententiam text. in l. si patronus non aluerit ff. de ope. liber. quo in tex. deciditur patronum, qui non aluit libertum tempore necessitatis priuari quidem iure succedendi in bonis liberti,

posse tamen ab eodem liberto heredem in testamento institui: concinit & tex. in cap. 2. ext. de renunciatio. vbi qui beneficio renunciavit cum iuramento, non postea prohibetur quin de eo ex noua causa canonice possit inuestiri. ex quo tex. glo. Anto. Pasior. Imol. & ceteri omnes illud prodiderunt vulgatum, de quo milies dixi in precedentibus questionibus; renunciationem & scilicet iuramentum restringi semper ad ius de presenti competens non autem ad id quod superuenit ex nouo iure non enim censentur partes de eo iure cogitasse l. cum aquiliana de transfactio. l. qui cum tutoribus §. final. eod. titul. l. si ita stipulatus fuerim §. 1. l. si a colonos de verbo. obligatio. quinimo remittens ius futurum censetur remittere solum illud, quod habet causam de presenti tantum non aliud l. quod seruus ff. de condic. ob. cau. vbi id ipsum Barto. Bald. Alexan. Iasso. & ceteri docuerunt idem Bartol. & alij turmatim post eum in l. qui Romæ §. duo fratres de verbo. obligatio. idem Barto. in l. 1. ibi Iasso. num. 17. Rip. num. 26. Zuchar. nu. 159. C. de pact. recenset multos Surd. consil. 15. num. 28. lib. 1. consil. 308. num. 30. lib. 3.

8 Porro iuramentum & in renunciatione adiectum a contractu suo, cui adijcitur, regulatur; vnde cum renunciatio per filiam facta, censetur eo fine celebrata ne ipsa aduersus patris voluntatem recursum ad bona illius habeat, iuramentum eam etiã sumet conditionem tacitam, quæ deficit cum pater filiam heredem instituit, vel eidem aliquid legat, vel relinquit. argu. text. in l. final. ff. qui satisf. cogan. & tex. in cap. ad nostram ex. de iur. iuran. Quare quod renuncians filia heres institui possit docuit Bal. in dict. l. pactum dotali quæst. 3. C. de colla. vbi Roma. & Corne. idem Bal. in l. final. num. 13. C. de pact. vbi Iasso. num. 23. Barto. in dict. l. stipulatio hoc modo concepta de verbo. obligatio. specul. Arctin. Bal. Domini. Roma. Alexan. Nat. & Iasso. quos refert & sequitur Anto. Gom. in l. 22. Taur. num. 10. ad finem Moran. in disputa. 10. num. 25. Berenga. Fernan. solo Decio relato. in cap. 1. de filijs nat. ex mat. ad morga. contract. vlti. par. capi. penul. nu. 10. versic. Dubitabit aliquis Zazi. dicens id esse apud omnes expeditissimum in d. l. stipulatio hoc modo concepta nu. 32. repetit communem Grass. in §. successio ab intestato quæst. 10. num. 8. Cagnol. in l. final. num. 98. C. de pact. Crot. in dict. l. stipulatio hoc modo concepta nu. 26. eandem communem appellat Claud. num. 11. Ex Hispanicis nostris idem censuerunt Anto. Gom. in d. l. 22. Taur. num. 10. supra citatus, idem in l. 24. nu. 8. Gutier. in d. ca. quamuis pactum in verbo omnino

omnino seruari, nu. 11. de pact. in 6. & ante ipsum ibidem Dida. in 3. par. in principio, num. 8. Telli. qui multos refert in l. 6. Tau. num. 40. Vazqui. Mencha. de successio. creatio. lib. 2. §. 18. num. 138. vbi octo adduxit rationes in opinionis comunis comprobationem. eleganter Ludo. Molin. tract. de Hispano. primo. lib. 2. ca. 3. num. 6. vbi eam reddit rationem, quam & superius tetigi, quia potuit pater in cuius fauorem iuramentum principaliter emissum est, illi renunciare; neq. capiendo ex testamento periculum incurere potest, quod autoritate Bal. Roman. Crot. Math. de Afflic. & Telli. comprobatur. iuxta hanc sententiam decidit Afflic. vbi Vrcill. ad eum decisio. 350. & nouissime Surd. decisio. 14. nu. 4. vbi nonnullos ex antiquioribus adduxit, post Anto. Gabri. qui multos in commu. titul. de iur. doti. con. 1. num. 27. Tiraq. tract. de mor. 2. part. declar. 8. num. 1.

9 Extenditur & primo communis traditio etiam si renunciatio non fieret patri, sed fratribus, & eorum contemplatione, quod fortius est. sic Barto. in d. l. stipulatio hoc modo concepta num. 4. vbi Iasso. num. 13. scribit Bartoli doctrinam & decisionem fore pulchram quoniam loquitur in fortioribus terminis cum renunciatio sit fratribus, sequuntur alij ibidem & Surd. dict. decisio. 14. nu. 4. ad medium & num. 6. & 7. Rodrig. Xuar. quem sequitur & refert Didac. in dict. cap. quamuis pactum 3. part. in princi. num. 8. quos Surd. prætermisit. latius multos citans comprobatur Anto. Gome. in dict. l. 22. Taur. num. 31. Moran. in d. disputa. 10. num. 25.

10 Secundo extenditur vt idem procedat in quouis legato & relicto, sic omnes nunc relati, eadem enim ratio est de legato, quæ de institutione.

11 Tertio extenditur & vt nedum filia in vltima voluntate institui possit vel eidem aliquid relinqui; sed & inter viuos donari decidit Afflic. vbi Vrcill. decisio. 350. a num. 1. Gutier. in dict. ca. in verbo, omnino obseruari num. 11. ad medium comprobatur multis rationibus Afflic. dict. decisio. vbi sic communi voto decisum testatur.

12 Quarto & extenditur notanter quidem, vt & filia possit capere ex testamento etiam tunc cum reperitur instituta in testamento, vel cum legatur sibi, in eo, quod ante renunciationem fuerat conditum, nam ex quo permansit in eadem voluntate, nec mutauit testamentum, visus est cum illo & in eo scriptis decedere voluisse; singularis fuit traditio Arctin. in l. qui superstitis ff. de acqui. heredi. quem refert & sequitur Anto. Gom. in d. l. 22. Taur. num. 10. versic. Imo quod magis

est, qui neminem alium citat. Crot. in dict. l. stipulatio hoc modo concepta num. 44. de verbo. obligatio. Parisi. consil. 95. num. 36. li. 3. Surd. dict. decisio. 14. num. 8.

12 Quinto extenditur & vt procedat etiam casu, quo filia renuncians cum iuramento renunciasset iuri competituro ex quavis institutione etiam paterna, adhuc enim hæres institui a patre possit; quia possit pater remittere iuramentum filiae vt in superioribus dixi, & probatur text. in l. cum ita legatum ff. de condi. & demonst. ita ex Bald. Parisi. & alijs testatur receptam Grass. in §. successio ab intestato quæst. 10. num. 8. & 9. Roma. & Alexan. quos refert licet is & male contrarium teneat Mencha. de successio. creatio. lib. 2. §. 18. num. 144. & 145. Bald. Roman. Iass. Rodri. Xuar. Telli. & Mexia. quos citat & sequitur Gutier. in dict. cap. quamuis pactum, in verbo omnino seruari. num. 12. & nouissime his non relatis Surd. dicens communem & secundum ipsam iudicatum dict. decisio. 14. num. 8. Ludo. Molin. de Hispano. primo li. 2. cap. 3. num. 6. qui alios, vbi hanc tenendam opinionem dixit.

13 Sexto & extenditur vt adeo vera sit communis traditio, quod per institutionem filiae renunciantis, eadem ipsa vel etiam filius si renunciasset, reciperent iura suavitatis veluti si numquam renunciasset. l. qui in aliena §. interdum ff. de acqui. heredi. quem tex. dixerit singularem & vnicum Bartol. Bal. Castren. Cuman. Alexan. Arctin. Imol. Iass. Roma. Faber. quos coaceruat Anto. Gom. in d. l. 22. Taur. num. 10. ad medium in versic. Et in tantum conclusio est vere &c. Vbi & aliter & erudite comprobatur.

14 Septimo & extenditur ex eiusdem Anto. Gom. traditione in dict. loco nedum cum filius vel filia renuncians expressim hæres instituitur & nominatim, verum vbi in genere & indiffinitè, veluti quando pater vel mater, dicunt instituo omnes filios meos hæredes, nã & in hac specie succedet filia renuncians, quæ vna cum alijs instituta censetur. Rationem reddit egregiam, & quoniam licet in actu odioso exheredationis generice & indefinite facta non contineatur aliquis filius, tamen in actu favorabili institutionis: aut legati comprehenduntur omnes filij, nisi ex coniecturis de contraria appareat voluntate l. 2. vbi glos. & ceteri omnes ff. de libe. & posthu. l. si quis ita dixerit in princi. & §. 1. ff. de testam. tutel. cum alijs per eundem Gomez citatis; vbi & scribit sic ab eo consultum fuisse, & tandem sententia terminatum. quæ omnes superius tradite extensiones diligenter congestæ notandæ sunt.

SVMMARIVM.

- 1 *Renunciatio per filiam facta in contractu matrimonij, an reuocetur per superuenientiam liberorum.*
- 2 *Dispositio l. si vmquam C. de reuoca. donatio. non procedit nisi cum donans de liberis cogitauit.*
- 3 *Cogitatio de liberis in genere non sufficit in dispositione legis si vmquam C. de reuo. donatio.*
- 4 *Renunciaciones donationes dicuntur.*
- 5 *Donationes rei notabilis ex dispositione l. si vmquam reuocantur.*
- 6 *Donatio etsi iurata reuocatur ex dispositione l. si vmquam C. de reuo. donatio.*
- 7 *Renunciatio per filiam facta patri secundum multorum opinionem non reuocatur per superuenientiam liberorum.*
- 8 *Dispositioni l. si vmquam, locus non est ubi renuncians vel donans cogitauit de liberis.*
- 9 *Mulier matrimonium contrahens de liberis cogitasse presumitur.*
- 10 *Rolandi dictum egregium.*
- 11 *Rolandi consilium.*
- 12 *Dispositio l. si vmquam C. de reuocan. locum non habet in donationibus ob causam.*
- 13 *Pactum inter virum & uxorem quod soluto matrimonio morte mulieris portio certa remaneat apud virum, validum.*
- 14 *Ludouici de Molin. distinctio.*
- 15 *Ludouici de Molin. distinctio improbat.*
- 16 *Dispositio l. si vmquam C. de reuo. non procedit in iuribus querendis.*
- 17 *Renunciatio legitima per filium facta patri non retractatur pretextu enormissima lationis.*
- 18 *Cogitatum de liberis censetur in dubio ubi ex subiecta materia id presumi potest.*
- 19 *Dispositio l. si vmquam ex magis communi sententia non procedit ubi in genere saltem fuit de liberis cogitatum.*
- 20 *Dispositio l. si vmquam C. de reuoca. donatio. non procedit in iuribus vel hereditatibus acquirendis.*
- 21 *Dispositio l. si vmquam C. de reuoca. donatio. non habet locum in donatione ob causam.*
- 22 *Filia renuncians adiecta clausula, qua promittit custodire omnia & obseruare, neque aduersus ea venire quauis causa vel ratione, que dici vel excogitari posset, excludit filiam a beneficio l. si vmquam C. de reuo. donat.*

QVÆSTIO. LXXXV.

RENUNCIATIO FILII VEL filie in contractu matrimonij, an ex superuenientia liberorum reuocetur.



N ea aliqui fuerunt & sententia, quia existimauerint renunciationem in contractu matrimonij a filio vel filia factam propter superuenientiam liberorum reuocari ex dispositione text. in l. si vmquam C. de reuo. donatio. quam opinionem tenuerunt Parpal. in l. 2. num. 32. ff. solut. matrim. Rip. in dict. l. si vmquam quæst. 22. Bertran. ante ipsos consi. 312. lib. 3. & eos sequutus fuit aliquando Dida. (sibi contrarius vt infra dicemus) in cap. Raynaldus §. 2. nu. 42. ex. de testam. Duabus vel tribus potissimum mouentur rationibus: prima & quia dispositioni dicta l. si vmquam non est locus, nisi cum donans de liberis cogitauit, in ea enim specie si superueniant reuocatur donatio in vim illius tex. atqui in dubio presumendum donantem non videri de liberis cogitasse secundum Barto. traditionem communiter receptam in l. Titia §. imperator de leg. 2. quem sequuti sunt communiter interpretes quos longa serie recenset Tiraquel. in d. l. si vmquam, in præfatio. num. 67. Menoch. consil. 196. num. 43. lib. 2. ita fit vt reuocationi locus detur.

Secundo & quia etsi affirmauerimus fuisse de liberis cogitatum, esset in genere, nequaquam in specie, ceterum generica cogitatio non sufficit in terminis dict. l. si vmquam Parpa. in dict. l. 2. num. 33. Parisi. consil. 73. nu. 50. lib. 3. Corne. & Iass. relati ab eodem Meno. dict. consil. 196. num. 44.

Tertia ratio & quoniam huiusmodi renunciationes donationes dicuntur l. hoc iure §. 1. ff. de donatio. l. si quis delegauerit ff. de nouatio. quinimo inter patrem & filium quodammodo donationes dici posse dixi relatis multis supra quæst. 73. & at donatio siue sit omnium bonorum, siue partis illorum, aut rei notabilis infringitur natiuitate liberorum ex dispositione dict. l. si vmquam ubi Rip. receptam dixit quæst. 8. & 9. eandem relatis multis dixit receptissimam Rolan. consil. 111. num. 19. & 20. li. 1. vbi subiungit multorum auctoritate idem fore & etsi iuramentum fuisset in donatione adiectum, quinimo & locum esse communi ait etsi iuratum fuisset donationem non reuocare aliqua ratione vel causa: consequenter renunciatio de qua agimus ex liberorum superuenientia reuocari debet.

Alij alteram & amplexi fuerunt sententiam contrariam, minime reuocari posse, & cum multa adferri possint argumenta, quatuor tantum ipsaque vrgentiora adducemus.

Primum illudque magis vrget sumitur ab auctoritate glos. iuncto tex. in d. cap. quamuis pactum in verbis, dum nuptui tradebatur;

tur; cum igitur illic dubitaretur an renunciatio filie iurata sibi præiudicium inferret, decidit text. filiam renunciatioe exclusam omnino esse, sed neque filios illius post susceptos quidquam ex portione renunciata petere posse. Sensit glo. ibidem recepta, sicque ex ea glos. iuncto text. respondit Alex. consil. 29. lib. 3. vbi & hanc communem opinionem asserit, & eadem argumentatione post Alexan. vsi sunt Deci. consil. 181. Menochi. consil. 196. libr. 2. num. 47. in versis, Tertio suffragatur vbi Corne. Socin. & Tiraquel. adfert eandem adducentes rationem: Socin. Corneli. Deci. & Parisi. quos ante Menochi. citauerat Rolan. dict. consil. 111. num. 23. lib. 1.

Secundo & quia dispositioni dict. l. si vmquam locus non est vbicumque donans vel renuncians cogitauit de liberis, iuxta traditionem Bartol. communiter approbatam in l. Titia §. imperator de legat. 2. quam dixerunt communem Socin. consil. 147. libr. 3. Bartol. Bald. Ray. Socin. seni. Ruin. & alij quos refert & sequitur Menochi. dict. consil. 196. num. 46. Rolan. ab eo. prætermisus dixit. consil. 111. num. 30. qui & communem dixit. at mulier matrimonium contrahens & in ipso renuncians semper videtur de liberis cogitare, quia gratia sobolis procreandæ, & liberis replendi ciuitates principaliter contrahitur, l. 1. ff. solut. matrimo. l. 1. §. ius naturale de ius. & iur. notissimum enim est matrimonium tria potissimum bona secum fere, prolem scilicet, fidem, & Sacramentum, cap. omne itaque 27. quæst. 2. dixi libr. 1. ideo & qui uxorem vel virum ducit de prole cogitasse presumitur; vnde dixit egregie & Roland. post soci. ab eo relatum dict. consil. quod licet in dubio non censeatur quisquam cogitare de filijs, id tamen procedit in iam nupta vel in virgine adhuc non desponsata renunciantem, quæ non presumitur de liberis cogitare, secus in ea quæ nubit; & hanc considerationem amplexit sunt aliqui per Tiraquel. relati. in dict. l. si vmquam in præfatio. num. 67. & 70. vbi receptissimam dixit; limitando eam quibusdam modis vt per eum ibidem; reiecta opinione illius contrarium sentientis in d. l. si vmquam quæst. 22. nuni. 47. quam improbauit sequendo communem Menochi. in citato consil. 196. num. 53. & Rolan. ante ipsum quem non refert dict. consil. 111. num. 31. vbi ad id Parisi. Corne. Socin. iuni. Tiraquel. & alios adfert. & Quinimo auctoritate Angel. & cuiusdam Leoni. Perusinorum scripsit Rolan. d. consil. num. 31. ad medium puellam, quæ in contractu matrimonij renunciat bonis paternis, maternis, & fraternis,

adeo suam valere renunciationem, vt neque propter superuenientiam liberorum possit retractari dixi supra quæst. 87. & sequitur Dida. ex eadem filiorum consideratione d. §. 3. num. final.

Tertio ad stipulatur & admodum quod dispositio d. l. si vmquam non habet locum in donationibus ob causam factis, scilicet ob dorem receptam vt non semel dixi; maxime vbi dos est excessiua habito respectu ad valorem bonorum patrum de quibus fuit dotata: quia datio dotis in hac specie correspondet causæ, quemadmodum ex Alex. Deci. Gozadi. & Parisi. deducit Rolan. dict. consil. nu. 32. dixi de veritate superius quæst. 86. versis. Septimus casus, & inferius eadem quæst. versis. Sanè vt ad casum, &c. vbi aduersus communem tenui; ceterum data veritate illius vrget hæc argumentatio, quoniam si in donationibus ob causam non vindicatur dispositio d. l. si vmquam, & hæc dicitur donatio ob causam, consequenter dispositioni d. l. locus esse non potest. vt in terminis docuit Rip. in d. l. si vmquam quæst. 14. & respon. 15. li. 3. Ruin. & Socin. iuni. quos sequitur idem Rolan. d. consil. 111. nu. 32. ad finem Dida. d. §. 3. nu. 8. in extremis verbis Meno. d. consil. 196. num. 47. versis. Quarto confert.

Quarto & concinit text. in l. vni. C. si dos consil. matrimo. coniuncta traditione gl. ibidem & aliorum omnium post eam, valet etenim pactum inter virum, & uxorem dum contrahunt matrimonium, quod soluto illo morte mulieris, portio illius remaneat penes maritum. scripsi hoc li. sect. 3. quæst. 27. vbi fusè & in eisdem terminis quæst. 1. in versis. concinit superioribus text. in l. 2. de pact. dotali, &c. Et in alijs plerisque quæstionibus illius sectionis; hæc tamen pactio natiuitate filiorum minime reuocatur, licet vim quandam donationis sustineat, quia de illis censetur cogitatum. Sic multorum scripsi traditione hoc li. sect. 3. quæst. 30. vbi communem dixi. Vnde hanc secundam opinionem amplexi sunt Alex. Deci. Corne. Ruin. Parisi. & alij quorum receptam dixit opinionem Rolan. consil. 111. nu. 23. li. 1. Soci. Angel. Aretin. Corne. Bart. de Bartol. Herculan. Cror. Angel. de Perigl. Ruin. & Rip. quos sequitur & memorat Tiraquel. in d. l. si vmquam in præf. nu. 69. Fran. Curti. iuni. Parisi. Socin. iuni. & Rolan. quos sequitur & refert Meno. d. consil. 196. nu. 49. Anto. Gabr. in commu. tit. de donatio. conclus. 3. nu. 40. & præter superiores idem, qui nonnullos ex superioribus citat Dida. in d. ca. quamuis pactum 3. pat. §. 3. nu. 8. Gutier. ibidem in verbo nec redundet in alterius præiudicium, nu. 6. idem Tiraquel. in dict. l. si vmquam in verbo donatione largitus nu. 151.

Rub. consil. 49. Mencha. tract. de successio creatio. li. 2. §. 18. nu. 121. & his non relatis dixit comunem Ludo. de Molin. de Hispano. lib. 2. cap. 3. num. 38. Grassin. §. successio ab intestato quest. 11. num. 5. Ludou. + Molin. de Hispano. primo. lib. 2. & dict. cap. 3. num. 38. 39. vsque in num. 47. aliter ex mente Socin. & aliorum quorundam in hac quaestione sensit distinguens in hunc modum; aut inquit renunciatio filiae fuit facta aliquo recepto, & eo in casu filiorum natiuitate non reuocabitur, quia non simplex sed donatio ob causam fit, in qua dispositio dicitur. si vmquam non procedit, iuxta glo. in dict. cap. quamuis pactum in verbo detrimetur; & resoluunt Alexand. Deci. Rip. Anto. Gabr. & Rolan. quos illic refert Molin. multo plures recensui modo in versu. Vnde hanc secundum opinionem, &c.

Aut vero renunciatio gratis facta est, & iterum subdistinguit, nam vel tempore, quo renunciatur, haereditas erat de lata, vel non, ubi delata, reuocabitur renunciatio ex superuenientia liberorum, citat Rip. in dict. l. si vmquam questio. 11. num. 20. 21. Tiraq. in eadem l. in verbo donatione largitus, nu. 147. ubi autem non erat delata haereditas non reuocabitur. Socin. in l. r. C. de pact. Tiraquel. Rip. Ruin. & Anton. Gabri. relati ab eodem Molin. in d. loco nu. 40. 31.

15 Improbatur + autem idem Molin. ibidem hanc distinctionem credens. etiam gratis factam renunciationem haereditatis nondum de lata reuocari ex superuenientia liberorum; id euidentissima ait ratione probari ex eo quod qui renunciat haereditati in fauorem primogeniti, vel filiorum, si liberos se habiturum cogitasset non renunciauerit, maluisset enim eam portionem ad liberos suos quam ad fratrem deferre, quae praecipua & vnica est ratio dicitur. si vmquam ut ex multis Tiraquel. ostendit ibi in praefatio. num. 3. 4. & in verbo libertis num. 35. Cum igitur in casu de quo agimus, militet eadem ratio, consequenter eiusdem dispositio: Ad-

16 dit idem Molin. + quod licet in acquisitis maior, quam in acquirendis militet ratio, negari tamen non potest quin in ambobus acquisitis & querendis, non videatur renunciantem potius filijs suis prospicere voluisse quam fratribus, praesertim in legitima parentum tantopere eis debita, ut in ea domini viuo patre iudicentur l. in suis cum vulgat. de libe & posthu.

Caterum etsi Molin. opinio probabilis videatur, in multis tamen communibus aduersatur traditionibus: in primis ut in superioribus dixi nusquam illius legis dispositioni locus est quando donans vel renun-

cians de liberis verisimiliter cogitauit, quae receptissima sententia est ab omnibus inconuulsa obseruata ut superius in secundo argumento pro communi adducto scripsi; at qui cum renunciatio fit in contractu matrimonij, & in terminis & casu dict. cap. quamuis pactum renuncians filia semper de liberis cogitat, cum eo potissimum sine contrahat matrimonium ut liberos habeat ut illic scripsi.

Secundo Molin. opinio altera communi confutatur traditione, quoniam dispositio dicitur. l. si vmquam nisi in iam quaesitis & radicatis locum sibi vindicat, non in querendis: veluti cum renunciatur viuentis haereditas nondum delata, licet probabiliter a renunciante spectetur, non enim dicitur spe certa, & indubitabili debita haereditas viuentis patris filijs suis, secundum Bald. in l. post emancipationem §. illud de libe. legat. cum filij possint praemori l. nam etsi parentibus de inofi. testamen. & possit pater alium haereditatem instituere vniuersalem l. r. l. scimus C. de inofi. testamen. praematura est enim spes filij anhelantis ante diem ad haereditatem parentum l. r. §. sed nec impuberi ff. de colla. bono. & possint filij interim aliquam ingratitude causam comittere, quae nondum ab haereditate, sed & a legitima eos excludat: ut haec & alia ad interpretationem dicitur. l. si vmquam adduxerunt interpretes nostri communiter, ut scripsit Roland. dict. consil. 11. num. 24. 25. 26. 27. post multos ab eo relatos Tiraquel. in dict. verbo. donatione largitus num. 151. vsq. in dict. §. 18. num. 121. & omnes alij in superioribus per nos congesti distinguentes inter ius quaesitum & querendum. Sanè Molin. opinio aliquo colore admitti posset quando renunciatio non fieret a filio vel filia in contractu matrimonij, vel quia non adhuc desponsati, vel quia iam nupti ut dicebam in calce secundi argumenti pro communi adducti ex Roland. dict. consil. 11. num. 31. Quia tunc de liberis cogitare non videntur: vnde a communi recedendum non est: Tolluntur autem considerationes Molin. ex his, quae modo dixi, quae communibus fulciuntur traditionibus. tum & ex his, quae + erudite congestis Burg. de Paz. consil. 5. num. 7. ubi respondit multis rationibus renunciationem legitime patris viuentis non rescindi praetextu enormissimae laesionis, quae directo contrariantur his, quae Ludouic. Molin. leuissimis fundamentis opinatur dicitur in loco.

17 Superest nunc obiectis respondere primae opinionis tribus, quibus illi probantur in hac specie locum esse dispositioni dicitur. l. si vmquam.

18 Non igitur + obstat primum argumentum, licet

licet enim in dubio non censeatur quisquam de liberis cogitare, id verum nisi ex actu & subiecta materia aliud possit iudicari; sicut cum renunciatio vel donatio fit in ipso contractu matrimonij, ut multis ostendi in secundo pro communi adducto.

19 Non + secundum oberit, quoniam sufficit in genere cogitasse de liberis quoad hoc ut dispositioni dicitur. l. si vmquam locus non sit affirmant innumeri congesti per Tiraquel. in dict. l. si vmquam in praefatio. nu. 78. Menochi. dict. consil. 196. num. 54. & illis addo alios relatos per Rolan. dict. consil. 11. num. 30. cum sequent.

20 Tertium + non officit, quia licet huiusmodi renunciations donationes quodammodo dicantur, & ideo videatur dispositionem dicitur. l. si vmquam in his locum vindicare; ex recepta tamen fere omnium traditione obtentum est, legem illa in donatione loquentem, de his intelligendam esse, quae donatur, cum pleno, & radicato iure ad donantem pertinent, secus ubi donarentur vel renunciarentur iura vel haereditates acquirendae, quae aliquo modo effugi possent, ut ex communi resoluunt Tiraquel. Roland. Menochi. Dida. superius citati in versicu. Vnde hanc secundam opinionem &c. & nouissimè Peregrin. consil. 73. num. 46.

21 Rursus tollitur + argumentum quia renunciations huiusmodi fiunt ob causam dotis datae, at dispositio dicitur. l. si vmquam non habet locum in donationibus ob causam sic autoritate Roland. Rip. Tiraquel. Didac. Menoch. & aliorum scripsi superius in tertio pro communi adducto, ita fiet ut cum haec renunciations ob causam sint, in dispositione dicitur. l. si vmquam minime contingantur.

22 Quae communis + opinio multo magis procederet quando & quoties renuncians filia renunciauerit omnibus iuribus suis promittens obseruare, & custodire, neque aduersus promissa venire ex quauis causa vel ratione, quae dici excogitare possit, ea enim verba clausulae comprehendunt omnem casum licet de eo alias cogitatum dici non posset, ut ex Bartol. traditione Bal. Alexan. Angel. & aliorum respondet Crauet. consil. 294. Menochi. dict. consil. 196. num. 50. idem qui. & alios plures consil. 27. numer. 10. libr. 1.

SVMMARIVM.

- 1 Renunciatio filiae enormiter laesa an rescindi possit.
- 2 Periurijs obuiandum.
- 3 Filia enormiter laesa in renunciatione iurata

audiri potest.
4 Text. in cap. quamuis pactum loquens in filia dote contenta, intelligendus est de dote congrua.

5 Dos congrua dicitur, quae aequiualeat legitima.

6 Lesio enormissima dolum continet.
7 Renunciatio in laesione enormissima consentire non videtur.

8 Filiae ob verecundiam facile consentiunt parentibus.

9 Timore trepidandum non est, ubi non est timor.

10 Culpam agnoscere ubi culpa non est bonam mentem arguit.

11 Iuramentum obseruandum ubi iusta causa militat aliter secus.

12 Distinctio interpretum in renunciatione filiae enormiter laesa.

13 Distinctio secunda interpretum in renunciatione filiae enormiter laesa.

14 Distinctio tertia interpretum in renunciatione filiae enormiter laesa.

15 Differentia an sit constituenda in renunciatione iurata a filia facta minore vel maiore.

16 Filia renunciatio maior viginti quinque annis cum iuramento nequit contractum rescindere, nisi laeso excedat dimidiam iusti.

17 Iuramentum excludit beneficium l. 2. C. de rescin. venditio.

18 Filia renunciatio haereditati delata vel defendenda, enormissime laesa renunciationem rescindere potest.

19 Dolus reipsa in grauissima laesione interuenire praesumitur.

20 Distinctio inter enormem, & enormissimam laesionem, quibus probetur auctoribus.

21 Andreae Gail traditio reprobatur.

22 Filia enormiter laesa praesumitur decepta.

23 Filia renunciatio potest enormi laesioni, licet enormissime minime.

24 Andreae Gail traditio altera improbat.

25 Mencha. opinio subuertitur.

26 Filia renunciatio haereditati maternae, recepta dote ex bonis maternis, etsi cum iuramento, ratione grauissime laesionis infringere renunciationem potest.

27 Dida. opinio.

28 Renunciatio per filiam facta cum iuramento de bonis paternis, maternis, & fraternis, quemadmodum valeat.

29 Lesio sic considerari potest in iuribus querendis sicut in quaesitis.

30 Menochij consilium suspectum.

31 Dolus praesumitur in multiplici renunciatione haereditatis.

32 Dolo, nec tacite, nec expresse potest renunciari.

- 33 *Renunciatio quevis extante enormissima le-
sione etsi iurata rescindi potest.*
- 34 *Dolus presumitur etiam in maiore filiarum
ciante enormissima leſe.*
- 35 *Iuramentum adiecta clausula quod non licet
in aliquo contravenire, & adiectis verbis
& clausula omni legum auxilio &c. non
efficit quin adstante enormissima leſione
renunciatio rescindi non possit.*
- 36 *Renunciari etiam cum iuramento enormissi-
ma leſioni non potest.*
- 37 *Clausula qua renunciatur leſioni ultra dimi-
diam in terminis l. 2. C. de rescin. vendi-
quid operetur.*
- 38 *Leſio enormissima semper excepta censetur.*
- 39 *Renunciaciones in amplissima forma facte
nihil profunt data enormissima leſione.*
- 40 *Filia maior renuncians enormiter tatum leſa
non admittitur ad rescisionem renunciatio-
nis etiam beneficio restitutionis in inte-
grum.*
- 41 *Remedium extraordinarium quando cum or-
dinario concurrere possit.*
- 42 *Remedium ex clausula si qua mihi iuxta cau-
sa esse videbitur, plenius est remedio legis
secundum C. de rescin. venditio.*
- 43 *Sfortij Oado traditio.*
- 44 *Leſio enormis vel enormissima que dica-
tur.*
- 45 *Leſio enormis vel enormissima arbitrio iudi-
cis relinquatur.*
- 46 *Iudices in arbitrata leſione enormi vel enor-
missima, quam caute agere debeant.*

QVÆSTIO. LXXXVI.

*FILIA MAIOR ANNIS XXV.
renuncians in contractu matrimonij
cum iuramento, enormissima leſe an
restituatur, Quando etiam leſa enor-
miter, vel enormissima dicatur, multa
hinc inde vtiliter explicantur.*

AN filia renuncians enormi-
ter leſa, leſionis pretextu re-
scindere renunciacionem pos-
sit grauis inter interpretes
nostros quaestio suborta est;
nam multi existimarunt nec ex grauisima
leſione iurata renunciacionem infringi
posse ex dict. cap. quamuis pactum de pact.
in 6. cum indistincte vellent stari iuramento
oportere nisi dolus vel metus intercesserint.
Etsi voluisset Roma. Pontifex id dixisset ad
ea que gloss. & alij in l. vni. §. fin autem C.
de cadu tollen. Sanè hæc vis sacrosanctæ
iuramenti religioni tribuenda videtur vt
periurij obuiemus: cum text. in dict. cap.

quamuis pactum, in verbis, omnino ob-
seruari precise statuat iuramentum obser-
uandum esse, quod verum non esset, si leſio-
nis remedio locus daretur: & hæc tutior
via est, proinde eligenda: vnde hanc his
atque alijs rationibus defendunt senten-
tiam multi, quales Archidia. Domini. Natt.
Fran. Alexan. Crot. Parisi. Curti. seni. Imol.
quos refert Dida. in dict. cap. quamuis pa-
ctum 3. part. §. 4. num. 3. in versic. Contra-
riam in hoc; & ex citatis non pauci hanc
communem dixerunt, & in practica suase-
runt amplectendam. Eisdem refert Men-
cha. de successi. creatio. §. 18. nu. 122. Grass.
in §. successio ab intestato quaest. 13. versic.
Contrariam; Triginta alios & maxime au-
thoritatis congestis in eandem opinionem
Anton. Gabri. libr. 3. com. rub. de iur. doti.
conclusio. 1. num. 5. & præter relatos Bero.
Alban. Hieron. Gabri. Iacobin. quos nouis-
simè sequitur Menochi. sibi contrarius con-
sil. 335. num. 49. in fine lib. 4.

3 Alij in contrariam abierunt sententiam
existimantes pretextu leſionis enormissi-
mè rescindi renunciacionem iurata, saltim
petita absolute à iuramento. Panormit.
Anto. Ancharra. Calderin. Cæpol. Rube.
Deci. Rip. Socin. Iacobin. quos refert
Dida. in dict. §. 4. num. 3. quadraginta ex
grauioribus iuris nostri coaceruat Anton.
Gabriel. dict. conclu. 1. de iur. doti. num. 8.
ex eisdem multos recensuit Menchaca de
successio. creatio. §. 18. num. 123. Graf. eod-
dem refert in §. successio ab intestato quaest.
73. in principio, qui tamen in fine sic iudi-
catum fuisse in consistorio Imperij testatur.
Et itidem Romè iuxta eandem iudicari af-
firmant conterraneus noster Cassad. decisio.
1. de empt. & vendi. Andre. Gail. libr. 2.
observationum 147. vbi ita iudicatum di-
cit in Imperatoris summo prætorio; Mauri-
tracta. de ref. in integr. cap. 123. vbi exem-
plum adfert Senatus Dolani: & his omnes
hanc scribere magis communem Berenga.
in cap. 1. de filijs nat. ex matri. ad morga.
cont. 3. part. cap. penulti. num. 1. 4. Menoch.
relatis aliquibus eandem dixit communem
consil. 6. num. 7. lib. 1. qui vt modo ante di-
cebam contrarium respondit dict. consil.
335. libr. 4. M. A. Eugeni. Qui & alios con-
sil. 12. num. 71. & 72. mouentur citati in-
terpretes multis rationibus, sed duabus
præcipuis.

4 Primo quoniam cum text. in dict. cap.
quamuis pactum loquatur de filia renuncian-
te dote contenta, intelligendus est de dote
congrua & competente habita ratione ad
hereditatem renunciata, dotis enim & no-
mine de legitima est intelligendum. l. cum
post

post §. gener. ff. de iur. doti. l. quero eod. titul.
6 Secundo quia non est verisimile renun-
ciantem filiam cum iuramento tantæ & tam
enormissimæ leſioni renunciare voluisse; eo
enim ipso dolus presumitur re ipsa, quod
sufficit ad rescisionem contractus vt rectè e-
xistimauit Didac. post antiquiores & alios
nunc relatos, in dict. cap. quamuis §. 4. num.
3. versic. Sed si dolus in fin. & probat text. in
l. 2. ff. de do. excep. l. si quis cum aliter vbi
omnes de verbo. obliga. Afflic. vbi Vrcill.
ad eum decisio. 22. num. 7. Grammati. decis.
102. Gail. dict. obseruati. 147. num. 11. The-
sau. decis. Pedemon. 233. num. 10. qui alios.
7 Neque ratione doli admissi censetur filia
renuncians conventioni consensisse ad nota-
ta per Bartol. in l. si duo §. societatem num.
24. ff. pro soci. cum alijs ad id citatis per
eundem Dida. dict. §. nu. 3. Et ego cum alijs
hanc opinionem vti veriore iudico, magis
communem & equam qua miseris puel-
lis subuenitur, quæ, & facile in contractu ma-
trimonij cum propter verecundiam, tū prop-
ter metum, annuunt votis parentum cap. ho-
norantur 32. quaest. 2. dixi supra quaest. 74.
versic. Quintam superaddere &c. vt non im-
merito videam apud omnia fere tribunalia
tam Ecclesiastica quam secularia secundum
hanc iudicari.

Ex his cessant adductæ illæ considerationes
piæ certè, in tutionem prioris contrariæ
opinionis, timor scilicet periurij, & quod
hæc tutior sit opinio; & non enim timore tre-
pidandum vbi timor non est Psal. 13. & vt
Christus Iesus seruator noster, & dominus
Luc. 11. Decimant ruttam & mentam & de-
glutiant camelum; quos læuis scrupulus an-
git, vel potius se angi simulant: licet & enim
bonarum mentium sit ibi agnoscere culpam
vbi culpa non est vt dixit Diuus Augustinus
in Cano. ad eius. 5. distinctio. & proinde vi-
deatur tutius esse obseruationi iuramenti
inniti illud custodiendo, id tamen & intelli-
gendum est vbi iuxta adest causa trepidandi
& custodiendi iuramentum secus vbi nulla
aut grauisima contrarium suadet, maxime
petita à superiori absolute quæ in casu
non dicitur infringi iuramentum vt sequen-
ti dicemus quaestio. cum igitur dolus saltim
re ipsa intercesserit in huiusmodi renuncia-
tione, & dolo inita inualida sit ex dict. cap.
quamuis, inde fit vt iuramento non obstante
rescindi conuentio possit.

12 Tertia fuit opinio distinguendum aut
leſio enormis contingit in iam delatis hæ-
reditatibus vel in deferendis nondum qua-
sitis, in priori casu leſio enormis infringet
renunciacionem, in secundo minime: quo-
niam adhuc radicata iura non sunt Parisi. con-

sil. 26. num. 77. libr. 3. Rube. consil. 12. Im-
probat & rectè conciliationem Dida. dict.
§. num. 3. ad medium: quia & habito respec-
tu ad futurum euentum potest leſio contin-
gere quemadmodum in transactione; sic in
renunciacione, vt multis ostendit idem Di-
da. dict. §. num. 6. versic. Septima conclusio.

13 Quarta fuit opinio quorundam qui sic
distinuerunt vel contingit leſio enormis,
vel enormissima; enormis leſio in renun-
ciacione non rescindit ipsam, enormissima
maxime. hanc visus est amplexu fuisse Me-
nochi. consil. 335. numer. final. in extremis
verbis libr. 4. Mencha. qui aliquos in hanc
adducit sententiam de successio. creatio.
libr. 2. §. 18. num. 125. & 128. sed & hæc o-
pinio à multis reijcitur cum sufficiat quoad
rescisionem renunciacionis leſio nedum enor-
missima, sed & enormis, dummodo sit vl-
tra dimidium iusti, sola hac inter enormem
& enormissimam leſionem differentia consti-
tuta, quod in enormi requiritur absolutio
à iuramento, in enormissima minime: iuxta
ea quæ scripsit autoritate Corne. Iasso. &
aliorum Antoni. Gabri. dict. conclus. 1. num.
12. Et præterea dolus ex deceptione ultra
dimidiam arguitur sicque ex enormi leſio-
ne, sicut ex enormissima que ultra triplum
vel quadruplum extenditur; resoluit Andre.
Gail. dict. obserua. 147. num. 8.

14 Quinta eorum fuit sententia qui aliter
distinuerunt, inter filiam scilicet maiorem
annis 25. & inter minorem, vt in priori spe-
cie non sit locus rescisioni pretextu huius-
modi leſionis, secus in minore Imol. & alij
multi de quibus meminit idem Gabri. dict.
conclu. 1. num. 14. latius probans hanc dis-
tinctionem Mencha. dict. §. 18. num. 124.
cum multis sequent. sed & hac distinctio
non sustinetur, quoniam & plerique non
paruæ existimationis opinati sunt nullam
esse differentiam constituendam inter mi-
norem & maiorem filiam renunciantes, que-
madmodum autoritate Corne. Deci. &
Anto. de Butri. scribit Anto. Gabri. d. con-
clu. 1. num. 13. quæ opinio sine dubio proce-
dit quado leſio afforet enormissima vt mul-
tis adductis resoluit idem Dida. d. §. num. 4.
in fine versic. Tertia conclusio.

Sic vides lector optimè in quam varias à
nostris interpretibus itum fuerit opiniones:
Et licet Dida. in hac quaestione aliquas eru-
dite conclusiones proponat in dict. §. Ego
nonnullos casus inlittuam qui solum ad in-
stitutum tractatus nostri pertinent, quo cla-
rior & apertior vna cū omnibus traditio-
nis articulis tam intricatus resoluatur.

16 Primus f. casus, vbi filia maior annis 25.
renunciat & iurat iuxta dispositionem d. ca.

quamuis pactum, hereditati delata vel de-
ferenda, nequit agere ad rescissionem conue-
tionis neq. itidem absolutionem a iurame-
to petere & illius vinculo; vbi apparet lesio-
nem ultra dimidiam vel plus minime ascen-
dere: hanc opinionem sequi sunt Deci. con-
sil. 181. Jacobi. in auth. sacramenta puberum
ad finem C. si aduer. vendi. Cassad. decisio. 1.
tit. de emptio. & vendi. quos citat & sequi-
tur Dida. d. §. 4. nu. 4. in fine versic. Secunda
conclusio; hac citati interpretes mouentur
† ratione quod vis iuramenti excludit bene-
ficium l. 2. C. de rescin. vendi. & confirmat
contractum alioquin improbatum de iure
ciuili ca. quamuis pactum: sic Dida. & relati
ab eo, quibus addendi glo. Barto. Bal. Salicet.
Crem. Alexan. Cur. Socin. & alij quoru
communem dixit sententiam Mencha. d. §.
18. num. 126. 127. vbi rationibus quibusdam
comprobat, & eandem dixit communem re-
lati multis Anto. Gabr. conclu. 1. de emp-
tio. & vendi. limit. 1. 1. & in dict. conclus. 1.
num. 14.

18 Ex hoc primo † casu alterius casus decla-
ratio prodit immediate, quid vbi filia ma-
ior renunciaret hereditati delatae vel defe-
rendae enormissimae, & supra modum lesa,
sanè ex æquitate petita saltim absolutione
rescindere renunciationem posset, vel ad le-
sionis compensationem. rationem reddunt
nunc citandi, quoniam non est verisimile fi-
liam iurantem si sciisset in tam enormi læ-
sione cōsensum fore adhibituram, † & quia
dolus saltim re ipsa in tam graui læsione cō-
tigisse præsumitur, quod sufficit vt dispositio
dict. cap. quamuis pactum non vindicet, ex
eo text. sic censuerunt fere ex his omnes qui
in secunda opinione relati fuerūt. Et in spe-
cie Math. de Afflic. Cassanat. Parisi. Crauet.
Corne. Grat. Rip. Cassa d. qui sepius in Ro-
mana Rota sic iudicatu scribit, quos refert
& sequitur Dida. in d. §. 4. num. 5. idem libr.
varia. resolutio. 2. cap. 4. num. 5. eosdem re-
censuit Mencha. in d. §. 18. num. 128. Gabri-
d. conclu. 1. num. 13. Alciat. Grego. Lop. Pi-
nel. Soci. Rolan. & alij pleriq. quorum com-
munem dixit sententiam Gutier. in auth. sa-
cramenta puberum num. 92. C. si aduer. ven-
di. & relato solo Alciat. Canalean. in reper.
primæ partis decisio. suarum in verbis lesio
debet esse ultra duplum atq. ita etiam inter
duos casus superiores distinguit obiter ta-
men Menochi. dict. consi. 335. num. final. lib.
4. eandem † distinctionem inter enormem
& enormissimam læsionē nouissime sequi-
tur relatis nonnullis ex his quos retulit Cal-
de. Perey. vir doctus tract. de restitu. in inte-
gram in verbo læsis num. 1. in versic. Maior
autem viginti quinq. annis Sfor. Oddo. trac.

de restitu. in inte. part. 1. quest. 14. num. 49.
cum sequent. & his non relatis nouissime
Thesau. decisio. Pedemon. 213. num. 8. & 9.
qui alios citat, & iterum num. 18. Menchaca
tract. de successio. creatio. §. 18. num. 122.
cum sequent. multis qui eadem vsus est dis-
tinctione.

21 Quare perpensis † his communibus veris-
sime traditionibus minime adhaerendum pu-
tauerim his que And. Gail. scripsit d. obser-
uatio. 147. num. 8. qui voluit tam in enormi
quam enormissima læsione filia maiori re-
nuncianti indistinctè subueniendum esse; id
enim receptissimis contrariatur traditioni-
bus, cum in filia maiore ultra dimidiā læsio
vel parum plus, non rescindat renunciatio-
nem, sicut nec transactionem.

22 Neq. illius † obstant rationes duæ. prima
quia inquit dolus præsumitur. eo ipso quod
filia fuit decepta ultra dimidiam l. omnes §.
lucius ff. quæ in frau. credito. cum alijs per
eundem citatis; nō enim procedit ratio vbi
adeft iuramentum quod confirmat contra-
ctum alioquin de iure ciuili nullum, ex his
que supra. Neque etiam verum est quod ille
scribit non posse filiam huic renūciare læsio-
ni etiam si vellet, quoniam potest filia renū-
ciare læsioni enormi, quamquam enormissi-
mæ minime glo. in l. 2. C. de rescin. vendi. &
ex Barto. Deci. Dida. Pinel. Rolan. Alciat.
Socin. iunio. & alijs asserit communem Gu-
tier. in auth. sacramenta puberum num. 88.
C. de rescin. vendi. & latius num. 92. vbi ex-
pressim relatis Decio. Alciat. Pinel. Socin.
Curti. iunio. Rolan. Didac. Grego. Lop. Af-
flic. Meno. Parisi. Burg. de Paz. communem
iterum referens scripsit, distinguens † inter
lætionem enormē & enormissimam; vt licet
filia quæ iurauit & renūciauerit se prætextu
lætionis non petituram rescissionem renuncia-
tionis, quāquam nequeat prætextu enormis
tantum petere, potest tamen ratione enor-
missimæ agere & contractū infringere, quia
omnem absorbet consensum læsio enormis-
sima.

24 Sed & deterius † loquitur idem Gail. d.
obserua. dum scripsit nullam fore in enormi
vel enormissima læsione petendā absolutio-
nem a iuramento vt inferius sequent. dicam
quest. Ex superioribus † etiam constat male
sensisse Mencha. d. §. num. 129. dum aduersus
superiores cōmunes arbitratur filia maiore
renunciantem, deceptamq. enormissime ad-
hibito iuramento minime posse conuentio-
ni contrauenire, quinque vel sex debilibus
motus rationibus, quibus vnica considera-
tione responderetur ex mente omnium quos
recensuimus; iuramentum scilicet non con-
firmare contractum cui dolus dedit causam,
ex

ex eo text. in d. ca. quamuis, atqui vbi adeft
lesio enormissima non deficit dolus, conse-
quenter dispositio d. cap. quamuis cessabit.

26 Tertius † casus, cum filia maior renunciat
hereditati maternæ, recepta dote ex bonis
maternis, licet enim in hac specie adhibito
iuramento renūciauerit, ex causa tamē gra-
uissimæ læsionis contractum infringere pote-
rit Natr. in d. cap. quamuis pactum limi. 7.
Deci. & Corne. quos sequitur Dida. in d. §.
4. num. 7. versic. Decima conclusio mouentur
relati interpretes ratione, quod satis appa-
reat in hoc casu de enormissima læsione, cū
tex. in d. cap. quamuis pactum aperte dispo-
nat in filia quæ dote accepta a patre illius re-
nunciat hereditati, secus intelligendum vbi
dote accepta a matre renūciaret filia bonis
paternis: † Idem Dida. eodem §. paulo ante
num. 5. in extremis verbis, aliter scribit, di-
cens læsionem hereditatis acquirēdæ facile
arbitrio iudicantis deprehēdi posse qui sta-
tum præsentem & dubium euentum facile
considerabit hæc ille ibi: Verū vt huius quo-
tidiani sed male explicati casus vera resolu-
tio detur, ante oculos habenda sunt ea quæ
scripsi supra questio. 87. in versic. Quare pro
regula † constituendum, & in versic. Secundo
declaratur, &c. quibus in locis tradidi quod
licet renūciatio per filiam facta cum iura-
mento de bonis paternis, maternis, & frater-
nis valeat, Quinimo vtile sit hanc adijcere
clausulam quemadmodum auctoritate An-
gel. Andr. de Alex. Bald. Afflic. Deci. Caro.
Ruin. Capha. Moran. Crauet. Meno. & alio-
rum affirmari, tamen in d. versic. Secundo de-
claratur, intellexi dum lesio inde grauissima
minime renuncianti filiae contingeret; exem-
pla adduxi in filia quæ dote contenta multis
renūciavit hereditatibus, quemadmodum
ex Anchar. Parisi. Corn. Crauet. & Caphal.
Socin. iunio. Deci. & alijs deduxi; quibus nunc
addo in eisdem terminis de filia renūciante
pluribus hereditatibus dote modica res-
pectu tot bonorū Andre. Gail. d. obserua. 147.
nu. 12. & M. An. Euge. consi. 12. num. 23. 24.
vbi Capha. Socin. & Deci. tantum citat.

29 Ratio † autē ea est quoniam & in acqui-
rendis habito respectu ad statum præsentem
& ea quæ de futuro renūciantur sic potest
læsio contingere enormissima sicut in renū-
ciatione iam delatae & acquisitæ hereditatis
sicuti dixi ex Dida. supra in tertia opinione,
versic. Tertia fuit opinio.

30 Ex quibus † constat quam periculosa sint
quæ respondit Menochi. consi. 335. toto ipso
consilio lib. 4. non potuisse in illo casu res-
cindi prætextu læsionis enormissimæ renun-
ciationem per filiam factam quæ cōgrua ha-
bito respectu ad legitimam (hæc enim dos

congrua dicitur, vt ille ibi post antiquiores,
Et Gail. d. obseruatio. 147.) accepta dote a
patre renūciavit in contractu matrimonij
bonis paternis, maternis, fraternis, auitis,
abauitis, & proauitis, & omni & cuilibet aliæ
hereditati successioni ipsi renūcianti quo-
modocunq. & qualitercunq. spectati & per-
tinenti, vsq. in præsentem diem, & quæ sibi
in futurum spectare & pertinere posset ex
quacunq. ratione, causa, vel occasione ab in-
testato tantum &c. quoniam etfi verba præ-
dicta & clausulæ in renūciatione insertæ, per
Menochi. diligenter ponderate exuberent,
& illius traditiones procedere possent quā-
do adeffet aliqualis læsio, vel parum plus ul-
tra dimidiam iuxta superiores traditiones;
tamen † tanta & tam magna hereditatum
renūciatio ex sola dote quæ vsq. ad solam
legitimam ascendebat, negari nequit quin
grauissimam in se læsionem contineat, & cō-
sequenter dolum, cum præsupponat Meno-
nihil amplius illi filie pro dote quam suam
legitimam assignatā fuisse nihil autem pro
bonis maternis nec alijs hereditatibus qui-
bus ipsa renūciabat quæ omnia receptissi-
mis veris æquisq. simul interpretum doctri-
nis contrariantur.

Neq. obstat illa tam ampla renūciatio
quam multis ornat & comprobat Menochi.
quoniam vno respondetur verbo & vere, in
tanta hereditatū renūciatione adfuisse do-
lum, consequenter veluti cōtractui inhæren-
tem ipsam rescindere, cum vt superius dixi
dolus ex proposito, & re ipsa parificentur
quoad annullandam renūciationē, vt scripsi
in principio questionis versic. Alij in contra-
riam ad finem quibus addo Pet. de Anchar.
Panor. Anto. Deci. Socin. Ias. Rolan. Mexia.
& alios quos citat, & sequitur Calde. Perey.
in dictis commentarijs de in inte. resti. in
verbo læsis nu. 1. versic. dolus autem ex propo-
sito. Neq. † huic dolo nedum tacite sed ex-
presse renunciari non potest ad notata per
Bar. & omnes in d. l. si quis cū aliter de verb.
oblign. idem Bartol. in l. societatem §. arbi-
trorū nu. 25. ff. pro socio. & in nostra specie
Gail. d. obseruatio. 147. nu. 9. qui communē
quinimo & id intellexerunt interpretes etiā
adstante iuramento, quanto magis vbi nullū
adfuit vt in casu Meno. cum receptissimum
† sit ratione enormissimæ læsionis quamuis
effi iuram renūciationem omnino irrita-
ri saltim petita absolutione a iuramento,
iuxta tradita & citata superioris in versic. Alij
in contrariam &c. quibus addendi Panorm.
Anto. Agust. Bero. Cæpol. Rub. Deci. Affli-
Rip. Cassa. Mexi. & alij quorum cōmunem
dixit idem Cald. Perey. in d. verbo læsis nu.
1. versic. Dolus † autē ad medium, vbi subdic-
id

id nedum vindicare in minore iurante & renunciante iuxta dispositionem d. ca. quāvis pactum, sed & in maiore renunciante bonis paternis dote accepta à matre, eo enim ipso lēſio grauiſſima arguitur ex dictis supra verſic. Tertius casus, & confirmat autoritate Natt. Deci. Corn. & Dida. idem Cald. quem non præuideram in d. verbo læſis num. 1. in verſic. Dolus autē, in extremis verbis: Vnde ſi ex hoc ſolo arguitur grauiſſima lēſio quia nulla a patre dote accepta illius renunciātū hereditati fuit, quanto magis tot & tantis.

35 Accedat ꝑ superioribus quod etſi iurātū fuiſſet omnia & ſingula vera eſſe neq. in aliquo contrauenire, imo quod fortius eſt omni legum auxilio & fauori, ſaltem in minore, reſcinderetur renunciatio, Rolan. citatis aliquibus conſi. 7. num. 52. lib. 3. Corn. Deci. & Socin. relati ab eodem Cald. Perey. vbi ſup. nu. 1. ad finem verſic. Sed cōtrariū vbi ſubdit in minore non requiri abſolutionem a iuramento, de quo in ſequenti quaſtione.

36 Sed & ſuperiora confirmat inſignis traditio Alciat. in cap. cum contingat nu. 87. 88. de iur. iuran. vbi poſt Panor. docuit, ꝑ quod etſi cum iuramento renunciatur enormiſſime lēſioni, vbi ad eſſet, impetrata tamen abſolutione poſſet cōtractus infringi, eadem enim facilitate qua contraxit, eadem præſumendū ea verba appoſuiſſe l. dolum ꝑ. diuerſum ꝑ. de Nouatio. quinimo fortius idē eſſe voluit Alciat. in maiore, ſequitur Gutier. in auth. ſacramenta puberum nu. 98. C. ſi aduer. vendi. Burg. de Paz. qui alios recenſet conſi. 28. nu. 18. Crauet. conſi. 192. nu. 10. Quare ſi iuramentum non excludit enormiſſimam lēſionem, neq. itidem renunciatio expreſſa lēſionis enormiſſime, multo minus alia queuis clauſula generales quamuis exuberantes.

37 Vnde licet ꝑ terminis l. 2. C. de reſcin. vendi. prodeſſe poſſit clauſula renunciationis lēſionis vltra dimidiam iuxta communē glo. & aliorum traditionem in d. l. 2. vbi Bartol. nu. 11. & dixere communem Pinel. in d. l. 2. 3. par. cap. 1. num. 9. Alciat. qui & communem in d. ca. cum contingat nu. 82. communem itidem multis citatis Rolan. conſi. 59. nu. 22. lib. 1. receptiſſimam Socin. iuni. conſi. 79. nu. 19. lib. 2. cōmunē Crauet. conſi. 114. nu. 9. id tamen intelligendum de enormi lēſione, non de enormiſſima, ꝑ hæc enim excepta ſemper cenſetur, ſic autoritate Alciat. Dida. Grego. Lop. Pinel. Socin. Deci. Curti. iuni. Rolan. Math. de Afflic. Burg. de Paz. & aliorum ſcripſit Gutier. in d. auth. ſacramenta puberum nu. 92. & iterum nu. 98. in fine. Concinit ſuperioribus quod multorum opinione ſcripſit Dida. lib. reſol. 2. ca. 4. nu.

38 5. parum ꝑ prodeſſe renunciations quāuis amplifiſſima forma, & multis clauſulis conceptas quādo ad eſt enormiſſima lēſio, quem ſequitur Cald. Perey. vbi ſupra nu. 1. ad finem verſic. Et generaliter. Quinimo etſi adiecta foret clauſula, Etſi quid plus fuerit illud donat &c. adhuc recurrendum eſſet ad coniecturas an voluerit renunciāns vere donare vt ex Alciat. & alijs deducit Gutier. in d. auth. ſacramenta puberum nu. 100. cum ſequent. Et huc vſq. de maiore diximus renūciante, nunc de minore dicemus.

40 Quartus ꝑ casus eſt, cum maior filia renūciāns læſa fuit enormiter tātum, quo in caſu vt ſuperius diximus non admittitur ad reſiſionem renunciationis, verum ſi vellit remedio reſtitutionis in integrum agere ex generali illa clauſula qua ſubuenitur maioribus, ſi mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, de qua loquitur tex. in l. 1. in fine ꝑ. ex quib. cau. maio. nō poterit etiam reſiſionem cōtractus intentare quoniam licitum eſt maioribus de iure ciuili ſe inuicem decipere infra dimidiam iuſti pretij, abinde ſupra locum habet remedium ordinariū l. 2. C. de reſcin. vendi. nullo ergo in caſu licebit renūciationē reſcindere prætextu huiusmodi clauſule. hanc ſcribit communem ſententiam Sfor. Odd. tract. de in inte. reſtitu. 1. par. quaſt. 14. arti. 6. nu. 50. verſic. Contrariam tamen. Caterū idē Odd. ibidem verſic. Ego puto aduertendum, ſic diſtinguit aut inquit lēſio eſt vltra dimidiam, & dubitatur an propter remedium ordinariū d. l. 2. C. de reſcin. vendi. ceſſet remediū extraordinarium ex clauſula ſupradicta, & putat nō ceſſare ea ductus ratione ꝑ quia vbi remediū extraordinariū eſt pinguius & perfectius ordinario vbi ſimul concurrunt non ceſſat extraordinarium. Bartol. Bald. Angel. Cuma. & Alberi. in l. in prouinciali de noui oper. nunci. ꝑ atqui plenius eſt remediū extraordinarium ex d. clauſula quam remediū d. l. 2. teſtātibus Panor. in ca. cū dilecti nu. 5. ext. de emp. & vendi. Crem. in d. l. 2. nu. 55. C. de reſcin. vendi. cōſequenter dabitur reſtitutio ad libitum & volūtatē læſi vltra dimidiam ſi ipſi magis expediat.

41 Aut vero (ſubdit Odd.) lēſio eſt infra dimidiam, & nō dabitur reſtitutio maioribus, quoniam ſi non datur reſtitutio minoribus niſi fuerint enormiter læſi, iuxta opinionem multorum quam is cōmunē ibi dixit, multo minus dabitur maioribus: ſubiungit limitandam eſſe traditionem ſuam niſi cōcurreret aliqua iuſta cauſa æquitatis concedendi reſtitutionē, puta ſi læſa fuiſſet mulier enormiter in cōtractu, ruſticus, vel miles, in quibus fragilitas conſilij magis præſumitur quā in alijs hominibus. citat Mauri. tract. de reſti. in inte. ca. 375. & ca. 398.

Hæc

SUMMARIVM.

43 Hæc Sfor. ꝑ Oddo opinio & diſtinctio admitti poteſt vbi iuramentum non fuiſſet in renunciatione adiectum prout vere in hac ſpecie loquitur, quoniā in toto articulo nulla de iuramento mentionem facit; adſtante iuramento recipi non poſſet, cum ex receptiſſima ſententia ſcripſerim ſupra in verſic. Primus casus, nullo modo filiam maiore reſcindere renunciationem poſſe niſi læſionem docuerit vltra dimidiam & plus, eo quod iuramentum tollat remedium dict. l. 2. vnde cautæ in ſuo tantum caſu obſeruari Oddo opinio poterit.

44 Quando ꝑ autem læſio dicatur enormis vel enormiſſima, non ſatis inter noſtros cōuenit; in varias enim & pænitus diuerſas ſententias abierunt. Exiſtimarunt enim quidam læſionem enormem dici cum ſeparatim conſiderata ex ſe ipſa non ad aliud facta comparatione læſio apparet: Alij duorum exceſſum læſionem enormem eſſe dixerunt veluti ſi res valens viginti vendatur decem & ſeptem; quidam læſionem enormē in ſexta parte conſiderant: Alij reſpectu pretij opinantur læſionem eſſe cum ad tertiam partem deſcendit: Multi eam quæ dimidiā iuſti pretij excedit: Nonnulli quæ ſolam dimidiam pertingit. Plerique læſionem eam exiſtimarunt ſufficere quæ vltra decimam partem aſcendit quæ opiniones ſeriatim cum ſuis authoribus recenſet & improbat Sfor. Odd. tract. de reſt. in inte. 1. par. quaſt. 4. artic. 13. a num. 1. Et ex ſuperioribus quatuor non relato Odd. memorat Cald. Perey. in d. verbo læſis, num. 1. verſic. Læſio autem enormis: cōmuni ꝑ tamen & receptiori interpretum calculo, obtinuit prudentiſſimi iudicis arbitrio id relinquendum eſſe. Sic primum Azonif. Alberi. Bal. Cyni Salice. Iaco. de Aretin. Rip. Iaſſo. Panor. Bero. Dida. Rodoan. Alexan. Deci. Socin. Pariſi. Meno. & multorum autoritate reſoluit idem Odd. dict. artic. 13. num. 121. Eandem ſententiam relatis Anto. de Burg. Hippol. de Marſil. Socin. iunio. Deci. Corne. Dida. Anto. Gabri. Rolan. Graſſ. & Burſat. ſequitur receptiſſimam dicens idem Cald. Perey. in loco proxime relato num. 1. verſic. Sed verior in hac ſententia obtinuit. Cautæ ꝑ autem & prudenter iudices in terminanda huiusmodi læſione procedent, conſiderata qualitate perſonarum, & rei in qua læſio dicitur facta, cum magna & in re modica læſio dici poſſit in paupere, quæ in perſona diuitis nullius foret conſiderationis vt recte animaduertit Odd. dict. loco num. 123. qui & alia ibidem in hac materia non contemnenda ſcribit.

45

46

- 1 Filia minor annis 25. in cōtractu matrimonij renunciāns quomodo reſtituatur.
- 2 Filia renunciāns ſimpliciter cum iuramento, non cenſetur renunciare beneficio l. 2. C. de reſcinden. vendi.
- 3 Filia minor renunciāns ratione iuramenti eſſicitur maior.
- 4 Renunciatio generalis non impedit remedium ſpeciale per legem conſeſſum.
- 5 Renunciare iuri quod quis ignorat non præſumitur.
- 6 Filia minori læſa in ſua renūciatione concedenda eſt abſolutio à iuramento.
- 7 Filia renunciāns hereditati delata cum iuramento, ſi læſa fuit vltra dimidiam agere ad reſiſionem cōtractus poteſt, non obſtante iuramento.
- 8 Filia minor renunciāns ſi læſa fuerit vltra dimidiam abſoluenda eſt à iuramento, & hæc ſola cauſa ſufficit.
- 9 Ignorantia & ſimplicitas in minoribus, mulieribus, & ruſticis præſumitur non obſtante iuramento.
- 10 Mulieres qua facilitate inducuntur ad cōtrahendum eadem ad renunciandum & iurandum.
- 11 Filia minor renunciāns cum iuramento enormiſſime læſa, etiam nulla petita abſolutione à iuramento reſcindere abſolutionem poteſt.
- 12 Dolus ex propoſito præſumitur interuenire, vbi ad eſt læſio enormiſſima.
- 13 Dolus præſumitur facile cum qualitate minoris ætatis, & vbi læſio maxima eſt.
- 14 Iuramentum non impedit reſiſionem cōtractus vbi læſio enormiſſima datur.
- 15 Filia minor renunciāns hereditati paternæ cū iuramento vltra dimidiam læſa habito reſpectu ad ſtatum præſentem, ad reſiſionem agere poteſt.
- 16 Filia renunciāns hereditati paternæ qua habito reſpectu ad bona à patre poſſeſſa, congruam dotem recepit renūciationem reſcindere non poteſt.
- 17 Filia minor cum iuramento renunciāns hereditati paternæ vicibus geminatis, etſi læſa fuerit renūciationem reſcindere non poteſt.
- 18 Opinio communis verior.
- 19 Lex loquens de aliquo actū non comprehendit actum geminatum.
- 20 Mulier ratione duplicata interceſſionis non excluditur à remedio Velleiani S. C.
- 21 Filia minor renunciāns cum iuramento adiecta clauſula quod promittit non contrauenire ratione minoris ætatis, nec læſionis vltra dimidiam, nec alia quauis ratione, reſcindere renūciationem non poteſt.

Opinio

- 22 *Opinio communis qualiter intelligenda.*
- 23 *Absolutio à iuramento nulla requiritur in filia minore enormissimè læsa.*
- 24 *Filia minor renuncians adiecta clausula, quod renunciat omni iuri, & legum auxilio, adstante enormissima læsione audienda.*
- 25 *Restitutio in integrum concedenda minoribus aduersus repudiationem vel amissionem hæreditatis.*
- 26 *Filia minor renuncians cum iuramento licet se maiorem dixerit non obstante iuramento restitui potest.*
- 27 *Renunciatio data enormissima læsione etsi iurata, vel consanguineorum autoritate roborata, aut iudicis decreto, infringi potest.*
- 28 *Filia minor renuncians cum iuramento in omnibus illis casibus, in quibus maiori subuenitur, restitui potest.*
- 29 *Didaci traditio.*
- 30 *Didaci traditio suspecta.*
- 31 *Didaci distinctio recipitur.*

QVÆSTIO. LXXXVII.

FILIA ANNIS MINOR RENUNCIANS IN CAPITULIS MATRIMONIALIBUS SIMUL CUM IURAMENTO, QUOMODUM RESTITUATUR, & IN QUIBUS CASIBUS.

- C**onsequens est diserere de filia minore annis vigintiquinq. renunciante in cōtractu matrimonij, quādo in superiore quæstione de maiore actum est: vt autē familiariter articulus hic tractetur quosdam casus sicut in maiore scripsi distinguendos esse putauerim.
- 1 Primus est cū filia ꝑ contrahit, & iuramento adiecto simpliciter renunciat, censetur enim renunciare beneficio ætatis tantum, non autem dispositioni l. 2. C. de rescin. vendi. si vltra dimidiam fuerit decepta. sic docuit glo. in d. l. 2. vbi post eam omnes glo. in cap. penul. ex. de emptio. & venditio. & dixit communem opinionem post Socin. & Crauet. ab eo relatos Dida. in d. cap. quamuis pactum 3. par. §. 4. nu. 6. de pact. in 6. Rationem reddiderunt ꝑ interpretes, quod filia minor ratione iuramenti efficitur de minore maior, quod vero attinet ad remedium d. l. 2. vbi decepta sit non excluditur, nam ꝑ generalis renunciatio nō impedit remedium speciale per legem concessum l. sed etsi quis §. quæsitum ff. si quis cautio.
 - 2 Neq. ꝑ videtur quisquam iuri renunciare quod ignorauit si sibi competit, postquam de eo actum nō fuit l. mater decedens ff. de inoff. testam. l. aquiliana C. de transf. l. qui cū

tutoribus eo. illo titul. Eandem sententiam præter superius relatos tenuerunt Bartol. in d. l. 2. nu. 10. Alberi. num. 9. Cyn. quæst. 6. Salicet. nu. 22. Castren. post Alberi. in auth. sacramenta puberum nu. 10. C. si aduer. vendi. vbi Iacobi. nu. 43. Iass. nu. 55. Gutier. nu. 86. Grego. Lop. in l. 6. titu. 10. par. 6. verbo *por rason de menor edad.* refert cōmunem alijs relatis Anto. Gom. in lib. 2. resolutio. cap. de resti. mino. nu. 20. alios plures, dicens etiam communem, recenset Anto. de Padill. in d. l. 2. de rescin. vendi. nu. 33. post Pinel. in eadē lege 3. par. cap. 1. nu. 9. Et præter nunc relatos Deci. Crauet. Alex. Salice. Corne. Socin. Curt. iuni. Rub. & Rip. quos sequitur, & memorat Cald. Perey. in commenta. de in te. restitu. in verbo læsis nu. 1. versu. Minor autē cōtractum iuratum: Quare ꝑ in hac specie concedēda erit absolutio à iuramento, quemadmodum omnes superius citati fatentur, & in specie Dida. d. §. 4. n. 6. in fine: qui adiecit quod vbi minor iurauit se non contrauenturum pacto vel renunciationi ratione minoris ætatis, apertissimū tunc est minime eum renunciaſse beneficio d. l. 2. obidq. absolutionem à iuramento necessariam non esse, vt is aduersus renunciationem vel pactum agere possit, aut ad iusti pretij compensationem.

7 Secundus ꝑ casus est, cum filia minor renunciat hæreditati iam delatæ adhibito iuramento, & reperitur læsa vltra dimidiam iusti pretij, poterit sanè non obstante iuramento ad rescisionē agere cōtractus, quamquam non possit contrauenire ratione minoris ætatis propter iuramentum vt superius dicebam: Atq. hæc est differentia inter maiorem & minorem renunciante, vt maior prætextu enormis læsionis nequeat absolui à iuramento, dixi quæstione præcedenti. Minor vero absoluēda erit; ꝑ Et sola vltra dimidiā iusti pretij læsio erit causa sufficiens relaxandi iuramentum: Rectè itaq. scripsit Bal. in Rub. de re. permu. relatus à Dida. in d. §. 4. nu. 6. ad medium, ꝑ in minoribus mulieribus & rusticis non obstante iuramento præsumi ignorantiam, & simplicitatem, idcirco iudices æquos relaxare debere iuramēta huiusmodi personis propter sexus fragilitatem, & minorum, & rusticorum facilitatem idem Bal. in ca. 1. §. itē sacramēta de pa. iuram. firma: Iass. in l. generaliter 3. notabi. de verbo. obli. ga. nam ꝑ qua facilitate inducuntur ad contrahendum, eadem ad renunciandum & iurandum l. doli versu. Diuersum ff. de do. exceptio. qua in re addit Dida. iudices oportere esse vigilantissimos. id ipsum scripsit Dida. d. §. nu. 6. versu. Sexta ex premisis. Anto. Gom. lib. 2. resol. ca. de restitu. mino. nu. 20. Gutier.

- Gutier. in d. auth. sacramenta puberū nu. 87. C. si aduer. vendi. Iass. confi. 160. nu. 4. lib. 2. Deci. qui communem confi. 130. nu. 5. confi. 181. nu. 3. Rolan. a Vall. conf. 7. nu. 30. lib. 3. vbi adiecit bonos præfides facere iuramēta minorum, & violētās extortiones cassari per capturam persone.
- 11 Tertius ꝑ casus cum filia minor renunciauit & iurauit, fuit autē nedum enormiter, sed & enormissimè læsa, hac in specie nulla requiritur absolutio à iuramento vt rescindere renunciationem possit, quoniam vt animaduerti præcedenti quæstione vbi adest læsio ꝑ enormissima præsumitur eo ipso doli ex p̄posito, ex l. lucius §. omnes ff. quæ in frau. credito. cum alijs à me ibi adductis: Vnde cum adsit doli iuramentum minorē afficere non poterit, ꝑ cum ex qualitate minoris ætatis præsumatur fraus vbi læsio maxima est l. si superstitite in verbis, si læsa es immodice, C. de dolo. Crauet. confi. 99. nu. 20. lib. 1. Socin. iuni. confi. 47. nu. 39. lib. 3. vbi cōmunem dixit alios multos refert Rolan. confi. 7. nu. 43. lib. 3. Cæphal. confi. 142. nu. 30. lib. 1. idem Socin. iuni. confi. 48. nu. 25. lib. 1. Neq. enim vbi adest læsio enormissima. Et his addendi Mencha. Menoch. Gail. Grassi. & alij innumeri quos recensui in quæstione antecedenti in versu. Primus casus eos non repeto. Rationem aliam reddiderunt interpretes omnes ꝑ quoniam iuramentum non impedit rescisionem cōtractus, in quo adest læsio enormissima propter dolum, ob idque renunciatio iurata non valet cap. cum contingat de iur. iuran. Anto. Panor. Cæpol. Aguf. Berol. Deci. Rube. Math. de Affli. Rip. Cass. Mexi. Dida. Deci. Corne. Natt. & alij multi quos refert & sequitur Cald. Perey. in citatis commen. de in te. resti. verbo læsis nu. 1. versu. Dolus autē ex p̄posito; vbi subiungit quod filia minor ex renunciatione hæreditatis sibi debet, eo ipso præsumitur decepta, & læsa, quod ille autoritate Bart. cōprobat, & modo dicam.
 - 12 Quartus ꝑ casus, cum filia minor renunciat hæreditati paternæ præstito iuramento & læsa fuit vltra dimidiam habita cōsideratione ad præsentem statū, bona scilicet, quæ patet tempore renunciationis habebat, & attento dubio euentu futuræ hæreditatis, quoad incrementum bonorum, vel ipsorum diminutionem, poterit sanè filia non obstante iuramento ad rescisionē agere ex his, quæ supra, & quæ communi omnium fere sentētia probantur in d. l. 2. C. de rescin. vendi. dum affirmant, & illius legis beneficio locum esse, in transactione licet dubius sit litis euentus, sic ex Bartol. Anto. de Burg. Deci. Alex. Caro. Ruin. Seueri. Catellia. & alijs deducit Dida. in d. §. 4. num. 6. versu. Septima conclusio. vbi in fine addidit id maxime admittendum fore petita prius absolutione à iuramento: idē censit Cald. Perey. post Bal. Fedri. de Senis Bartol. Iasso. Deci. & Rolan. in d. verbo læsis num. 1. versu. Præsumitur enim doli contra minorem, & c.
 - 13 Quintus ꝑ casus, cum filia minor cum iuramento renunciat hæreditati paternæ delatæ vel deferendæ vicibus geminatis, censent etenim multi in hoc casu filiam minorē minime ad rescindendam renunciationē agere posse, etiā prætextu grauissimæ læsionis, cui per actum geminatum videtur renūciatum. argu. tex. in auth. siue à me C. ad Velleia. l. si mulier in 2. eod. illo titul. l. ballista ad Trebellia. Deci. cōfi. 181. Dida. d. §. 4. nu. 6. versu. Octaua conclusio. Alciat. in d. ca. cum cōtingat num. 89. de iur. iuran. Pau. de Caf. Panor. Deci. Dida. Rub. quos refert Cald. Perey. vbi supra in versu. Id tamen restringendum est: & iterum paulo inferius, in versu. Et generaliter læsio non consideratur, vbi superaddit Iass. Anto. de Burg. Rip. Parisi. Rub. Socin. Curti. iuni. Cremen. Cagno. & alios quosdā.
 - 14 Verum ꝑ hæc opinio vera non est, & communibus refragatur traditionibus, qua enim facilitate minor semel renūciauit, & bis, ter & quater, d. l. doli versu. Diuersum ff. de doli. exceptio. Vnde hac & alijs multis rationib⁹ contrariam opinionem veriore, & receptiorem esse docuerunt, Socin. confi. 85. nu. 6. lib. 2. Corne. Deci. Crauet. & Mexia. quos refert & sequitur dicens, cōmunem Cald. Perey. in d. verbo læsis num. 1. versu. Sed & in hoc contraria sententia: Et hanc ipsam amplectitur Gutier. in auth. sacramenta puberū nu. 99. C. si aduersus vendi. & eandem defendit alijs relatis Burg. de Paz. confi. 28. nu. 22.
 - 15 Hæc ꝑ pertinet quod licet geminatio enim magis, & deliberatam mentem cōtrahentis demonstrat, ex iuribus superius citatis, & propterea lex loquens de aliquo actu, non cōprehendat actus geminatos iuxta traditionem Romæ. in l. si vero §. de viro fallen. 31. ff. solut. matrimo. ꝑ non tamen efficere potest vt mulier ratione binę intercessionis pro marito suo iuari Velleiano nō possit, sic autoritate Angel. resoluit Thesau. decisio. Pedemon. 213. num. 6.

21 Sextus casus, & cum filia minor renunciat & iurat non cōtrauenire ratione minoris etatis, nec lēsonis vltra dimidiā, nec quauis alia occasione, eo in casu absolutio denegabitur & valebit renunciatio non obstante lēfione vltra dimidiā, sic in terminis d.l. 2. C. de rescin. vendi. sensu gl. ibi Barto. nu. 11. & post eū alij ibi Deci. conf. 403. nu. 22. Dida. d. §. 4. nu. 6. dixit multis citatis communem Pinell. in d.l. 2. 3. par. cap. 1. nu. 9. Alciat. in d. ca. cum contingat n. 182. fusē Rolan. conf. 59. nu. 22. lib. 1. qui communem, eandem asserit receptissimā Socin. iuni. conf. 79. nu. 19. lib. 2. Crauet. conf. 114. nu. 9. Canonif. in d. ca. cum causam de emptio. & vendi. Alex. conf. 127. nu. 2. lib. 2. Corne. & Aymo. quos sequitur Cald. Perey. in d. verbo legis nu. 1. versu. Limitanda est etiā p̄cedens resolutio. Gutier. in d. auth. sacramenta p̄uberū num. 88. & in muliere intercedente pro viro decidit Thefau. dict. decis. 213. num. 8. ad medium.

22 Eget autem summa & declaratione hic casus ne superiores traditiones quemquā fallant, proinde intelligendos interpretes opinor, data enormi lēfione, secus vbi afforet enormissima, quoniā in ea p̄sumitur dolus re ipsa, consequenter renunciatio etsi iurata dicta clausula fulcita, operari aliquid nō potest d. ca. quamuis pactum dixi multis citatis quæst. antecedenti: Præterea & si iuramentum data enormissima lēfione nihil operatur, quanto minus clausula prædicta, quoniā lēfio enormissima tollit omnem cōsensum, atque ideo data enormissima lēfione in contractu minorum nulla requiritur absolutio à iuramento ex receptiori sententia hæc solū inter minorem & maiorem data differentia quod maior indiget absolute, minor minime vt in numeris citatis dixi communem quæstio. p̄cedenti versu. Primus casus, & in versu. Sequenti: efficiet igitur enormissima lēfio vt non obstante iuramento, nec etiā clausula prædicta possit minor filia renuncians contractum rescindere; & ita visus est sensisse Thefau. loquens in muliere intercedente pro marito dict. decis. 213. nu. 8. & 9. apertè in terminis nostris Cagnol. in d. 1. 2. nu. 139. C. de rescin. vendi. Neuizan. & Alban. quos citat & sequitur Meno. conf. 1. nu. 362. li. 1. Quinimo & si minor iurasset renunciationem, & simul etiā renunciasset omni iuris & legum auxilio audiendus esset Rolan. qui alios conf. 7. nu. 52. li. 3. Corn. Parisi. & alij quos refert Cald. Perey. in d. verbo legis nu. 1. versu. Sic etiā & in versu. Sequenti. & Deniq. generale est vt minoribus subueniatur in integrum restitutione aduersus repudiationem vel omisionem hæreditatis

1. 3. §. sed quod minori ff. de Mino. vt multis traditis regulis & exemplis profequitur Odd. tract. de in inte. resti. part. 2. quæst. 85. art. 1. cum tribus vel quatuor sequent.

26 Procedit & hic casus quando filia minor se maiorem dixisset. adhibito iuramento in renunciatione hæreditatis paternæ vel maternæ, eo enim iuramento non obitante restitui poterit, sic singulariter respondit Castren. confil. 455. nu. 5. & ea motus ratione, quod p̄sumendam sit patrem dolo filiam suam induxisse ad ita iurandum, qui melius filia suæ etatem agnouisset credatur quam eademmet filia; quod certè dictum insignè & celebre est, & maxime notandum; illud sequitur Sfor. Odd. tract. de resti. in inte. 1. par. quæst. 24. arti. 5. num. 45. lib. 1. nu. 107. V

27 Superioribus & in tuitione accedat quod data enormissima lēfione infringitur renunciatio etsi ea iurata fuisset, vel cōsanguineorum authoritate celebrata aut etiā iudicis decreto roborata, vt hæc & alia authoritatē multorum confirmat Anto. Gabri. in com. mu. rub. de iur. doti. conclu. 1. num. 12. vsque ad 18. quæ non repeto.

28 Septimus casus & nunc proponitur idemque generalis, vt in quibus casibus maiorem restitui posse diximus quæst. antecedenti, in eisdem maiori ratione minori subuenietur: vnde si simul multis hæreditatibus modica accepta dote minor renunciauerit restituenti crit, vt non obstante iuramento infringere renunciationem possit dixi in dicta quæstione versu. Tertius casus, & in versu. Sequenti.

29 Octauus & casus, aditæ enormissima lēfione quo in casu contractus, & renunciatio rescindi possunt, ita intelligendum, nisi vellet in cuius fauorē renunciatio facta est, prætitium instum vel iustam æstimationem supplere resoluit Dida. d. §. 4. nu. 7. versu. Vnde cima conclusio: id autem & non satis cautè à Dida. scriptum putauerim, nam etsi conferrant ea, quæ in d.l. 2. interpretes omnes tradiderunt, non tamen satis adiungi quæstioni propositæ possunt; cum contractus vel renunciatio, enormissimam continet lēfionē, quo casu cōtractus in totum resoluitur vt nec absolutio à iuramento necessaria sit ex superioribus adductis: propterea idem & Dida. lib. reso. 2. cap. 3. nu. 9. docuit aliter distinguens inter restitutionem in integrum intentatam à minore propter suam lēfionem, & inter lēfionem vltra dimidiā iusti prætij, vt in priori casu emptor p̄cisè teneatur ad rei restitutionem, in altero vero minime; rationem reddens diuersitatis ibidem, & sequuntur Crem. Paleot. Pinel. & Menoch. quos refert Canalca. tract. de tuto. & curato. num. 144. post principium.

SVMMARIVM.

- 1 Filia renunciatio vi inducæ ad renunciandū, renunciationem infringere potest.
- 2 Vis omni iure exosa.
- 3 Vis suplex.
- 4 Vis p̄cisæ consensum impedit.
- 5 Vis causatiua mixtam habet voluntatem.
- 6 Voluntas coacta voluntas est.
- 7 Renunciatio filia cum iuramento vi, vel metu incusso, nulla.
- 8 Iuramentum metu p̄stitum obligat, donec p̄tatur absolutio.
- 9 Iuramentum metu p̄stitum accedens cōtra-ctū à iure civili reprobato, nullum.
- 10 Metus reuerentialis patris vel mariti absque aliqua vi vel metu, infringere filia renunciationem non potest.
- 11 Metus reuerentialis probandus.
- 12 Metus reuerentialis non p̄sumitur ex sola patris, aut mariti p̄sentia.
- 13 Metus aperte probandus ab eo qui eū allegat.
- 14 Metus reuerentialis simul cum enormissima lēfione concurrens, renunciationem filia infringere potest.
- 15 Renunciatio dolosa per filiam infringi potest.
- 16 Absolutio à iuramento in contractu doloso iurato non requiritur.
- 17 Dolus re ipsa contingens in renunciatōe filia iurata data enormissima lēfione contractum infringit.
- 18 Dolus re ipsa & dolus ex proposito data enormissima lēfione, pari passu ambulant, & filia renunciatio nihil nocet.
- 19 Dolus contrahentis absque culpa minoris sufficit ad infringendam renunciationem.
- 20 Minor qui dolo aduersarij se maiorem dixit & iuravit, an restituentus.
- 21 Absolutio à iuramento an sit necessaria vbi minor se maiorem iuravit cum non esset.

QVÆSTIO. LXXXVIII.

RENUNCIATIO PER FILIAM facta in matrimonij contractu vi, dolo, aut metu paterno, quemadmodum in fringi non obstante possit iuramento.

IN sapius à nobis citato capite quamuis pactum. de pact. in 6. Roma. Pontifex etsi valere renūciationem hæreditatis paternæ voluerit adiecto iuramento duos tamē illic casus excepit, primus cum vi renūciatio facta est, secundus cum dolo impellente, de vtroque nunc agendū est breuissimè tamen.

- 1 Circa primum & vi inducæ filia ad renunciandum proculdubio renunciationem rescindere potest d. ca. in verbis, si tamen iuramentum non vi: abhorrent & enim iura vim
- 2

atq. ideo actus infringunt violentos l. 1. & tit. ff. ne vis fiat ei. ca. cum locum ca. veniens in 2. ex. de sponsa. cap. significauit de eo qui duxi. in matrimo. quam pol. per adulte. qui tex. insignis est & notandum quo probatur eū qui per vim matrimonium cum prima contrahere coactus fuit, si ducat alteram, cogendus est secundo stare matrimonio non autem primo.

3 Est autem & duplex vis, quedam enim est p̄cisæ altera causatiua, vis p̄cisæ est, quæ nos compellit ita agere vt nihil aliud possumus, exemplum, cum vis ventorum, moris, aut tēpestatis ita nos p̄mit vt p̄ter spem nec voluntatem nos alio defert quā ire vel nauigare vellimus; sumi & aliud exemplum potest in l. cæsar & in l. interdū §. si propter ff. de publica. in c. constat 1. q. 1. ca. p̄sbyteros §. 1. diltinc. 50. huiusmodi & vis cōsensum impedit & voluntatem: Vis causatiua & est, quæ mixtam habet voluntatem, voluntas enim non deficit in nobis, ceterum metu & timore ex vi illato descendit, declarat egregie Fortun. noster in trac. de vlti. fin. illa. 27. Salamo. in l. 1. ff. de legi. voluntas & hæc ex timore inducæ, voluntas libera non est, & spontanea sed coacta secundum quod, vt dixerit I. C. in l. mulier §. si metus ff. quod met. cau. quod voluntas coacta voluntas est: tex. in cap. merito 15. q. 1. declarat Dida. in Epito. de sponsa. p. par. cap. 4. §. 1. nu. 12. & ita fit vt renunciatio vi & metu incusso filia non obstante iuramento nulla sit omnino d. ca. quamuis pactum auth. sacramenta p̄uberum C. si aduer. vendi. Dida. in d. ca. quamuis pactum 3. par. §. 4. nu. 2. & licet enim iuramentum metu p̄stitū obliget donec ab eo absolutio fuerit petita. ca. verum vbi Panor. & alij omnes ex. de iur. iuran. & tamen si iuramentum metu p̄stitum accedat contractui iure civili prohibito, qui vt valeat indiget iurisiurandi religione, nulla tunc absolutio necessaria est ad rescindendum contractum; ita Panor. in ca. cum contingat ex. de iur. iuran. Dida. vbi sup. qui subdit Panor. opinionem in praxi receptam fore quamquā contraria verior & receptior videatur ex his quæ idem ipse Dida. adducit lib. reso. 1. ca. 4. nu. 7. & in Epito. ad 4. decre. 2. par. ca. 3. §. 5. & superiorem amplectitur Mencha. lib. 2. de successio. creatio. §. 18. num. 185. & relatis Alba. Mandel. Curt. Caphal. Neuiza. & alijs sequitur eandem pulchrè declarans M. A. Euge. conf. 12. num. 57.

10 Hæc & autem omni caret dubio, ceterum maior insurgit dubitatio, an solus metus reuerentialis, patris vel mariti, rescindat renūciationem; & cōmuni omnium voto receptum solum reuerentialem non sufficere Panor.

nor. Ant. Imol. & ceteri in ca. causam matrimonij de offi. delega. idē Panor. & posteriores in d. ca. cū cōtingat vbi Alciat. nu. 1. qui cōmunē ex. de iur. iur. Gutier. qui & receptā in d. auth. sacramenta puberum nu. 94. C. si aduer. vendi.

11 Et his addēdū, ꝛ necesse esse vt metus reuerentialis cōtractū infringere possit, quod probentur minē, vel verbera Bart. in l. 1. §. quæ onerādē ff. quā. re. actio. non de. l. interpositas C. de transf. neq. sufficit sola reuerētia nisi minē probētur ad cōtractus rescisionem Bart. in d. §. quæ onerandē Cyn. Bal. Angel. Imol. Crauet. & Afflic. quos seriatim recēset

12 Caphal. conf. 91. n. 44. 45. cū seq. ꝛ neq. metus reuerentialis præsūmitur ex sola patris aut mariti præsētia, nisi minē vel verbera probentur, respondit ex multis Socin. iuni. cōfi. 67. nu. 39. lib. 2. Boeri. decif. 100. n. 11.

13 Oportet autē ꝛ vt met⁹ aperte probetur, non enim in dubio præsūmitur, & ab eo qui eum allegat probād⁹ est l. 2. C. de his que v. met. ve. cau. fise. Meno. prēsūp. 126. n. 1. li. 3.

14 Vno planē ꝛ casu fatentur pleriq. ex nostris solū reuerētiālē metū sufficere ad rescisionē cōtractus, vbi simul cū metu illo cōcurreret lēsiō enormissimā, præsūmitur enim eo in casu propter enormissimā lēsiōē dolus, & veluti oppressio quādā filia renūciātis, nō enim verisimile esset ꝛ alioquin sublato metu tātā lēsiōi cōsensisset l. si superflite C. de dol. quam ad id expendit Dida. post Deci. cōfi. 181. in d. §. 4. nu. 7. versi. Nonā cōclusio idē Dida. in Epito. de sponsa. 2. par. ca. 3. §. 6. nu. 4. Alciat. in d. ca. cū cōtingat nu. 2. & 81. de iur. iuran. Salze. in addi. ad regu. Diaz. de Lu. regul. 530. Burg. de Paz. cōfi. 3. n. 20. sequitur Gutier. dicens ita vidisse practicari in Senatu Priciano in d. auth. sacramēta puberū n. 93. 94. C. si aduer. veditio. Mécha. trac. de succes. crea. lib. 2. §. 18. nu. 189. sequitur eandem M. A. Euge. vir doctus cōfi. 12. nu. 59. & 60. Contrariā tñ opinionē tenuerunt alij multi, & insignes iuris interpretes Alexan. cōfi. 83. nu. 8. lib. 6. Crauet. cōfi. 114. n. 9. & 10. idē Burg. de Paz. sibi ipsi cōtrariū in cōfi. 5. nu. 7. qui alios recenset, & magis cōmunē dixit: Dubito tñ an ea cōmunis sit opinio, hoc saltim suadeo ne iudices à priori opinione discedant vti æquiori, & qua miseris puellis subuenitur quæ (vt nō semel dixi) facile votis annunt parētū, & illis in omnibus obsequuntur; Adhæc si sola enormissimā lēsiō. sufficit ad infringēdā filia renūciationē, quāto magis iuncta cū reuerentiali metu, ad tex. in l. spadonē §. qui iura multa cum vulgat. ff. de admi. tuto. dolus enim eo ipso interuenisse præsūmitur, vt quæstionibus dixi antecedētibz proximis,

& mox id ipsum repetam.

15 Secundum ꝛ excipit casum Roma. Pontifex in d. ca. quamuis, cum scilicet dolus in renūciatione filia interuenit; abhorrent enim iura dolum & metum l. dolo vel metu C. de inuti. stipu. tex. insignis in dict. ca. cum contingat de iur. iuran. cap. mulieres de iur. iuran. in 6. extant integri tituli ff. de do. ma. me. ve. exceptio. & C. de do. ma. Et quidem cū dolus ex proposito est, nulla apud interpretes dubitatio est, cum enim is consensus tollat, consequenter nullus redditur contractus, vt nec absolutio a iuramento exquiratur d. ca. quamuis pactum. & in auth. sacramenta puberum C. si aduer. venditio. deficiente enim consensu iuramentum obligare non potest l. final. C. de non nume. pecu. sic post Panor. Alciat. & alios resoluit Dida. in d. ca. quamuis pactum 3. par. §. 4. nu. 2. ad medium. M. A. Eugeni. confi. 12. num. 5. & seq. qui alios.

16 Sanē si dolus ꝛ non ex proposito arte decipiendi interiecta, sed re ipsa cōtigerit data enormissimā lēsiōe censuerunt multi idem iudicandum quod in superiori specie cum ꝛ præsūmatur dolus re ipsa ratione grauissimā lēsiōis l. omnes §. lucius ff. quæ in frau. credito. ꝛ Et in hoc pari passu procedunt dolus re ipsa, & dolus ex proposito, sic multorum autoritate scripti quæst. 90. versi. Primus casus, & in versi. sequenti. quibus nunc addo Anchar. Alexi. Deci. Socin. iuni. Panor. Rolan. & alios multos, quos coaceruat Cal. Perey. in commen. de restitu. in inte. verbo lēsis num. 1. versi. Dolus autem ex proposito. Meno. de arbi. iudi. quæst. lib. 1. casu. 71. nu. 18. testātur communem Burg. de Paz. in confi. 28. nu. 11. Gutier. in d. auth. sacramenta puberum, num. 92. C. si aduerf. vendi. dixit communem multis adductis M. A. Eugeni. dict. confi. 12. nu. 65. 66. 67. & sequen. vbi addit idem iudicandum, ctsi filia renūciasset dictā lēsiōi.

17
18 Et sufficit dolus ꝛ aduersarij absq. culpa vel negligentia minoris, quoniam si datur restitutio minori quando læditur ex proprio facto ex sua culpa, multo magis dari debet quoties facto alterius decipitur: quæ ratione & argumento vsus est Sfor. Odd. in cōmen. de in inte. resti. par. 1. quæst. 4. arti. 3. nu. 14. qui ibidem art. 4. sequenti idem esse scripsit vbi non dolo aduersarij, sed alterius tertij deceptus est adhibita distinctione de qua per eum ibidem.

19 Quid ꝛ autem dicendum vbi minor dolo alterius inductus se maiorem dixerit, & iurauerit ad eundem idem Sfor. Odd. in d. trac. 1. par. quæst. 24. art. 5. nu. 42. Perey. in citato loco num. 8.

20

An

21 An autem ꝛ absolutio à iuramento necessaria sit necne ad distinctionem cōmunem recurrēdū est, quā ex cōmuni adduxi d. quæstio. 90. versi. Ex hoc primo casu, & c. & resoluit Grass. in §. successio. ab intestato quæstio. 12. num. 1.

SVMMARIVM.

- 1 Filia religionem ingrediens modica dote contenta & cum iuramento renūcians, an monasterium ex illi⁹ persona infringere renūciationē possit.
- 2 Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale validum.
- 3 Filia sicut potest nubendo renūciare hereditati paternæ, sic ingrediendo religionem.
- 4 Tex. in ca. quāuis pactum de pact. in 6. sic vindicatur in matrimonio spirituali sicut in carnali.
- 5 Filia ingrediens religionem exigua dote contenta, quæ opulentissime renūciavit hereditati, an pretextu lēsiōis enormissimæ monasteriū rescindere renūciationē possit.
- 6 Monasterium ratione enormissimæ lēsiōis renūciationem filia rescindere potest.
- 7 Filia ingrediens religionē enormissimè læsa, dolo inducta censetur.
- 8 Filia ingrediens religionē & renūcians, eo ipso læsa præsūmitur.
- 9 Monasterium ingredientes, vt paupertatem profiteantur ingredi præsūmuntur.
- 10 Lēsiō considerari nō potest in filia quæ Dei & religionis intuitu monasterium ingreditur.
- 11 Lēsiō dici nō potest is qui Dei cōtemplatione bona sua dimittit.
- 12 Religionē ingredienti liberū est bona omnia sua inter parentes & consanguineos distribuere.
- 13 Paupertas religioni maxime coniuncta.
- 14 Religiosi magis hi creditur, qui pauperiores.
- 15 Monasterium nullum ius habet in bonis quæ ingrediens religionem ante ingressum distribuit vel renūciat.
- 16 Dotē maiorē adferens melius tractatur a viro.
- 17 Dida. animaduertio.
- 18 Tex. in ca. 16. sessionis 25. de reforma. S. Con. Trident. egregie declaratur.
- 19 Professio tam in viris, quam in fœminis ante 16. annum expletum fieri nō potest.
- 20 Tex. in d. ca. 16. sessio. 25. S. C. Trid. in renūciatione loquens an habeat locū in testamēto monialis ante ingressum monasterij.
- 21 Spini error.
- 22 Auctoritatis opinio.
- 23 Monachus nouitius reuocare testamentū factū ante ingressum religionis potest.
- 24 Monachus nouitius durante nouitiatu testamentum condere potest.
- 25 Tex. in d. ca. 16. sessionis 25. Concil. Trid. correctorius est iuris communis.
- 26 Declaratio S. congregacionis cardinaliū qualis.
- 27 Renūciatio vel donatio filia ante ingressum re-

ligionis facta, quæ post religionem ingreditur, an valeat non ob seruata forma d. ca. 16. sessio. ne. 25.

- 28 Dispositio licet exorbitans, & pœnalis extēditur vbi & quando si non extēderetur redderetur elusoria.
- 29 Ingressus monasterium, & ingredi volens quemadmodum equiparentur.
- 30 Lex pœnalis, & exorbitans ne elusoria reddatur recipit extētionem, data tñ potestate cōdentis.
- 31 Principium in omni dispositione attenditur.
- 32 Principium semper prædominatur.
- 33 Finis ad principium reducendus.
- 34 Filia sicut possunt renūciare in cōtractu matrimonij carnalis, sic & in spirituali.
- 35 Lex correctoria & pœnalis extēditur quando alias frustratoria foret, nisi detur ratio diuersitatis in contrarium.
- 36 Lex pœnalis extētionem recipit quando nullum effectum produceret, nisi data diuersitate casus.
- 37 Religionem ingressus, & ingredi volens non in omnibus equiparantur.
- 38 Religionem ingressus cum eo, qui ingredi vult, talis differentia est, qualis inter actum & voluntatem.
- 39 Declaratio sacre congregacionis aduersus Azpilcuetam traditionem.
- 40 Declaratio sacre congregacionis cardinalium aduersus Azpilcuetam ad litteram scribitur.
- 41 Tex. in d. ca. 16. sessionis 25. de reformatio. an habeat locum in renūciatione per filiam facta & religionem ingressa etatis decem & septem, decem & octo, vel viginti annorum.
- 42 Menochij opinio qualis, circa dispositionē tex. in d. cap. 16. sessio. 25.
- 43 Menochij opinio confutatur.
- 44 Text. in d. ca. 16. sessionis 25. S. Con. Trident. ad euitandas fraudes conditus fuit.
- 45 Forma renūciationis præsēpta a S. Con. Tridentino est de solemnitate actus.
- 46 Solemnitas præcise obseruanda.
- 47 Forma nullam admittit diuisionem.
- 48 Tex. in ca. quamuis pactum de pact. in 6. qui agit de vitando periurio & peccato obseruandus in iudicijs secularibus.
- 49 Iuri canonico standum in utroq. foro in materia peccati.

QVÆSTIO. XCIX.

FILIA MATRIMONIUM contrahens spirituale dote accepta, simulque renūcians hereditati paternæ vel maternæ, an læsa enormiter vel enormissime restitui possit, & de intellectu tex. in cap. 16. sessio. 25. S. Tridentini Concilij.

Aaa 2

Quando



VANDO felicem huic tractatui principium matrimonij sacramento dedi, religionis nunc sacrae quaestione finem imponam optatissimi: Quæritur igitur nunc an renunciatio filia religionem ingredientis que iuri iurando renunciavit bonis paternis modica contenta dote rescindere renunciationem ex illius persona monasterium possit. Et quidem non est dubitandum quod cum regulariter valeat argumentum de matrimonio carnali ad spirituale cap. fin. ca. inter corporalia ex. de translatio. ornat multis Euerar. in topi. legali. loco. 33. a num. 1. et sicut potest filia nubendo adhibito iuramento renunciare hereditati paternæ, sic potest ingrediendo religionem, contrahendo spirituale matrimonium.

Secundo hæc et ipsa opinio probatur ex eo, text. in dict. ca. quamvis pact. de pact. in 6. cum vim iuramenti considerat Roma. Pontifex; que ratio ita in renunciatione militat, que fit in contractu matrimonij spiritualis sicut in renunciatione carnalis. Et his adducti rationibus multum hanc obseruauerunt opinionem Bartol. in l. fina. num. 6. & 7. C. de pact. vbi Bal. post eum Deci. consi. 31. Purpura. in dict. l. fina. num. 188. qui alios se antiquiores recenset, & magis communem dicit. Cagno. ibi num. 115. Dida. in dict. cap. quamvis pactum 3. par. §. 2. num. 3. vbi Gutier. in verbo dum nuptui tradebatur num. 1. Telli. in l. 6. Tau. num. 53. Vasqui. tract. de successio. creatio. lib. 2. §. 18. num. 93.

Et licet aliqui contrariam tenuerint sententiam quales Corne. Socin. Ruin. & Felin. quibusdam adducti fundamentis, quæ recenset Dida. dict. §. num. 3. Vasqui. dict. §. 18. num. 93. Telli. in dict. l. 6. Tau. num. 53. Quia tamen facile vitari possunt, tum quia nunc relati Dida. Vasqui. & Telli. his latissimè satisfaciunt, non repeto.

Difficultas et autem præcipua in eo versatur, an filia religionem ingressa modica accepta dote, quæ opulentissimæ renunciavit hereditati, restitui prætextu enormissimæ læsionis possit. Et existimant multi restituendam quales Salice. in dict. l. pactum quod dotali C. de pact. quem sequutus fuit ibi Deci. num. 7. Anchara. in dict. ca. quamvis pactum de pact. in 6. etiam si dos monasterio data in filia ingressu congrua fuerit respectu ipsius monasterij, ita enim intelligenda est superior communis opinio, vt & declarant Dida. & relati interpretes superius: Mouentur Salij. Deci. & alij sequentibus.

Primo quoniam et cum validum sit argumentum de matrimonio carnali ad spirituale ex dictis supra, & renuntiatio per filiam facta opulentissimæ hereditati, infringi proculdubio possit et si iurata sit, quinimo nec absolutio à iura-

mento in minore saltim necessaria non sit ad ea quæ fuscè ex receptissimis adduxi traditionibus quaestionibus proximis nonagesima & nonagesima prima, consequens est asserere, monasterium ex persona filia enormissimè læsæ restituendum fore.

Secundo quoniam et vbi adest læsio enormissima in contractu eo ipso dolus saltim re ipsa videtur interuenisse, vt ex deductis latissimè ex communi omnium scriptis in dictis quaestionibus; igitur tanquam dolosa renuntiatio rescindi debet.

Tertio si sententiâ et eorum teneamus qui in præcedenti articulo censuerunt ex sola filia renunciatione monasterium ingressa licet iurata, posse monasterium agere & eam rescindere renunciatione, quales Corne. Felin. Socin. Ruin. certè multo magis vbi adest enormissima læsio. Contrariâ tamen opinionem tenuerunt alij quales Deci. Crauet. & Dida. in superiori loco. n. 5. Vasq. in d. §. 18. n. 100. & ij quidè duabus aut tribus potissimè rationibus mouentur: Primo et quoniam monachismum ingrediens paupertatè proficitur cum omne proprium à se ipso abdicet, & eadem renunciet cap. cum ad monasterium cum vulgat. ex. de sta. monacho. ita fit vt verisimiliter læsæ videri nequeat ea et que gratis omnia relinquit. vnde si filia religionem ingressa bona sua præsentia, aut futura suis renunciauerit consanguineis, et non ideo læsæ dici potest quod sua dote contenta opulentissimæ licet hereditati vni aut pluribus renunciauerit.

Verum hæc ratio vitari potest quoniam et si filia Dei intuitu omnia relinquerit & religionem fuerit professæ non inde sequitur quin congruam ad monasterium dotem deferre non teneatur; nam si valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale prout valet regulariter vt supra dicebam, quemadmodum dote modica accepta per filiam cum renunciatione iurata, licet filia absolute petita ad rescisionem agere, vel iustam compensationem petere in læsione enormissima dixi quæst. 90. eodem iure in matrimonio spirituali, quod deterioris conditionis esse non debet. Neque oberit dicere cum Dida. & Vasq. læsam dici non posse eam que gratis mundum & bona sua relinquit, ea enim ratio militare posset in monasterio bonorum incapaci, at vero in his, quæ dotem recipiunt (qualia fere omnia monialium) illa ratio considerari non potest imo contraria, cum præsumatur in dubio voluisse secum deferre congruam dotem.

Altera mouentur ratione Dida. cuius & Vasqui. argumentum sequitur: ait Dida. vel agit monasterium ad rescisionem ex persona filia monachæ, & ex iure illi competente quod in monasterium transiit ex auth. ingressi C. de sacro. Eccles. aut agit iure ipsius monasterij iure pro-

 Masculinum cōcipit fœmininum, l. 3. q. 16. nu. 3. fol. 179. p. 1.
 Masculinus sermo vtrumq. sexum continet, ibid. n. 4. ibidem.

Masculi

INDEX.

- Masculinum non continet fœmininum quando de contraria disponentis voluntate apparet, ibidem nu. 5. ibidem.
 Masculis eiusdem lineæ & gradus deficientibus, filia primogenita succedit, ibid. n. 11. f. 179. p. 2.
 Masculinum in donationibus fœmineum continet, licet in ceteris contractibus minime, l. 3. q. 23. n. 29. f. 189. p. 1.
 Masculinitatis repetitio non operatur vltra casus expressos, l. 3. q. 24. n. 74. f. 204. p. 1.
 Masculorum vocatio exclusi fœminis coniecturā inducit, in eo casu tantum quo masculi fuerunt vocati, ibidem nu. 76. ibidem.
 Masculi in aliqua testamenti parte vocati, si post testator idem de filijs loquatur, in casu non expresso, fœminæ nō excluduntur, ibidem nu. 78. f. 204. p. 2.
 Masculinitatis repetitio in eadem vel diuersa ratione, cuius sit effectus ad inducendum fideicommissum, ibidem nu. 79. ibidem.
 Masculinitatis geminatio cuius sit effectus, concurrentibus alijs coniecturis, ibid. n. 82. ibid.
 Masculinitatis repetitio, agnationis rationem nō infert, ibidem nu. 116. f. 206. p. 2.
 Masculorum vocatio in dispositione facta, nō extenditur ad eos casus in quibus sub generali nomine, tam masculi quam fœminæ continentur, ibid. n. 149. f. 209. p. 2.
 Masculorum vocatio exclusi fœminis eas tantum excludit quæ remotiores sunt aut in eadē gradus proximitate, ibidem nu. 157. f. 210. p. 2.
 Masculorū prælatio data gradus paritate admitenda, ibidem nu. 158. ibidem.
 Masculorum prælatio in Regnis & Regijs dignitatibus recipienda, ibidem n. 159. ibidem.
 Masculus fœminæ præfertur, vbi ambo cōcurrūt, ibid. n. 168. f. 211. p. 1.
 Masculus ex fœmina vt succedere possit, quæ probare tenetur, ibid. n. 199. f. 213. p. 1.
 Masculorum repetita geminatio, fœminas excludit ibid. nu. 200. ibidem.
 Masculorum nomen ex eiusdem vi fœminas excludit in vltimis volūtatibus, ibid. n. 201. ibid.
 Masculorum nomen ex propria vi & natura in cōtractibus fœminas excludit, ibid. n. 202. ibid.
 Masculi descendentes perpetuo vocati, fœminas excludunt, ibid. n. 203. ibidem.
 Masculorum vocatione perpetuo facta, nedū fœminæ sed & masculi ab eis descendentes exclusi censentur, ibid. n. 204. ibidem.
 Masculi ex fœminis descendentes, ab infecta radice descendunt, ibid. n. 205. ibidem.
 Masculis descendentes vocatis in capitulis matrimonialibus, an veniant masculi ex fœminis descendentes, ibid. n. 208. f. 213. p. 2.
 Masculi ex fœminis descendentes ex repetita masculinitate an exclusi videantur distinctio auctoris, ibid. n. 212. ibidem.
 Masculi ex fœminis descendentes exclusi non cē-

- sentur, quam de deficientibus, masculi ex masculis, ibid. nu. 213. ibidem.
 Masculi ex masculis dato concursu præferuntur masculis ex fœminis descendentes, ibid. nu. 217. f. 214. p. 1.
 Masculis & descendentes vocatis, post vero fœminis, nusquam nec fœminis nec descendentes ab eis datur locus, donec extant masculi ex masculis, ibid. n. 218. ibidem.
 Masculi ex masculis semper fœminis præferuntur, ibid. n. 221. f. 214. p. 2.
 Masculi ex fœminis descendentes in donatione facta a fœmina continentur cum limitatione tamen, ibid. n. 222. ibidem.
 Masculinitatis qualitas certæ personæ adiecta, in alia oratione vel parte dispositionis repetita censetur, ibid. 233. f. 215. p. 2.
 Masculis alicuius personæ vocatis & post, Titio & suis pro nomine suis censetur repetitas masculinitas antea expressa, & de veritate, ibid. nu. 234. ibidem.
 Masculinitatis qualitas in vna parte testamenti, in altera repetita non videtur, ibid. nu. 276. fol. 219. p. 2.
 Masculus ex fœmina non debet esse melioris conditionis quam ipsa fœmina, l. 3. q. 84. nu. 4. fol. 340. p. 1.
 Massueri traditio celebris, l. 3. q. 71. nu. 17. fol. 322. p. 2.
 Matre exclusa & filij remotiores, l. 3. q. 24. n. 206. f. 213. p. 2.
 Matre exclusa & illius filij, l. 3. q. 84. nu. 2. f. 340. pag. 1.
 Matre exclusa & exclusi sunt filij, quādo agnationis ratio habita est, ibid. n. 3. ibidem.
 Matris renunciatio in ampla forma filijs nocet, ibid. n. 9. f. 340. p. 2.
 Mater repellere potest maritum ab hereditate, nedum expresse sed & tacite, l. 3. q. 91. n. 25. fol. 352. p. 1.
 Mater potest derogare dispositioni legis finalis C. de bonisq. liberis, ibid. n. 27. ibidem.
 Matrem propter filium præsumitur patrē ab hereditate excludere, ibid. n. 30. f. 352. p. 2.
 Mater nedum si filium substituit sed et si causam piam, patrem exclusiue videtur, ibid. nu. 32. ibidem.
 Mater filios in potestate non habet, ibid. nu. 37. ibidem.
 Materia subiecta & contractus natura attendenda, l. 1. c. 20. n. 13. f. 54. p. 2.
 Mathe. de Afflictis opinio circa rapientes qualis, l. 1. c. 10. n. 65. f. 23. p. 2.
 Matrimonium a Deo in terrestri Paradiso institutum, l. 1. Ante. n. 3. f. 1. p. 2.
 Matrimonio nihil præstantius, l. 1. Antel. nu. 15. fol. 2. pag. 1.
 Matrimonium seminarium generis humani, ibid. nu. 16. ibidem.

Matri-

I N D E X.

Matrimonium semper in honore habitum, l. 1. Antel. n. 38. f. 2. p. 1.
 Matrimonia apud Romanos qualia, & eorum nomine, ibid. n. 39. ibidem.
 Matrimonia confarreatione coemptione, & usu apud Romanos celebrantur, ibid. n. 40. ibid.
 Matrimonij diffinitio apud Iustinum, ibid. n. 69. fol. 3. p. 2.
 Matrimonium duplex spirituale & carnale, ibid. n. 70. ibidem.
 Matrimonium putatiuum quid, ibid. n. 71. ibid.
 Matrimonij putatiui, priuilegia multa, ibid. n. 72. ibidem.
 Matrimonium presumptum, quale, ibid. n. 73. ibi.
 Matrimonium politicum, ibid. n. 74. ibidem.
 Matrimonium fictum, ibid. n. 76. ibidem.
 Matrimonij contractus vltrocitroq. obligatorius, ibid. n. 77. ibidem.
 Matrimonium vt contractus, quid cum exteris contractibus commune habeat, noua inuestigatio, ibid. n. 78. ibidem.
 Matrimonij contractus iurisgentium, l. 1. c. 1. n. 2. fol. 4. p. 1.
 Matrimonium iurisgentium primarij, ibid. n. 3. ibidem.
 Matrimonij obligatio a promissione viri & mulieris difficilis, ibid. n. 5. ibidem.
 Matrimonium sine consensu parentum validum, ibid. n. 14. p. 2.
 Matrimonium seruitus perpetua, ibid. n. 18. p. 2.
 Matrimonium dura seruitus, ibid. n. 19. ibidem.
 Matrimonium quia naturalis iuris, seruis & filijs familias licitum, ibid. n. 34. f. 5. p. 1.
 Matrimonium nulla lege interdicti potest, ibid. n. 43. f. 5. p. 2.
 Matrimonium verum inter sanctissimam virginem Mariam, & sanctum Ioseph, l. 1. c. 3. n. 10. f. 8. p. 1.
 Matrimonium tanto magis perfectius quanto a carnali copula separatius, ibid. n. 11. ibidem.
 Matrimonium ex sequenti copula presumi, quoties presumptio ab actu precedenti oritur, ibid. n. 20. ibidem.
 Matrimonium ioco contractum nullum, ibid. n. 21. p. 2.
 Matrimonij sacramentum ludibrio esse non debet, ibid. n. 35. f. 9. p. 1.
 Matrimonium an signis contrahi possit, ibid. n. 64. fol. 10. p. 2.
 Matrimonium cohabitatione presumitur, l. 1. c. 5. n. 4. f. 12. p. 1.
 Matrimonium ex promiscua coniunctione presumitur, ibidem n. 6. ibidem.
 Matrimonium presumitur ex cohabitatione de iure ciuili, ad euitandam presumptionem delicti, ibidem n. 8. ibidem.
 Matrimonium non presumitur de iure canonico ex sola cohabitatione, sed potius concubinatus, ibid. n. 9. ibidem.
 Matrimonium nisi vbi de filiorum legitimitate agitur, non presumitur, ibid. n. 14. pag. 2.
 Matrimonium cur non presumatur, ratio noua, ibid. n. 15. ibidem.
 Matrimonij sacramentum, forma & materia perficitur, ibid. n. 16. ibidem.
 Matrimonium morte dirimitur, ibid. n. 20. ibid.
 Matrimonium post diuortium, mutua cohabitatione restauratur, ibid. n. 23. ibidem.
 Matrimonium diuortio separatim cohabitatione restauratur, ibid. n. 26. ibidem.
 Matrimonium reintegratum post diuortium, nouo adulterio infringitur, ibid. n. 27. ibidem.
 Matrimonium donationi simile, l. 1. c. 6. n. 5. f. 13. pag. 1.
 Matrimonium penitentia non reuocatur, ibidem n. 8. ibidem.
 Matrimonium clandestine non dicitur fauorabile, l. 1. c. 8. n. 50. f. 16. p. 2.
 Matrimonia clandestina odiosa, ibid. n. 51. ibid.
 Matrimonium clandestinum magis presumptum, quam adulterium, ibid. n. 53. ibidem.
 Matrimonium clandestine non dicitur fauorabile nisi in probatione ad vitandum peccatum, ibid. n. 55. ibidem.
 Matrimonium clandestinum contrahentes ad illius quemadmodum teneantur obseruationem, ibid. n. 56. f. 17. p. 1.
 Matrimonium clandestinum de iure communi valet & potuit per testes consanguineos, ibidem n. 58. ibidem.
 Matrimonium de iure nouissimo S. C. Tridentini non perficitur solo consensu, ibid. n. 59. ibidem.
 Matrimonium de iure nouissimo non dicitur fauorabile quo ad probationem, ibid. n. 60. ibid.
 Matrimonium publicum preiudicat clandestino, ibid. n. 61. ibidem.
 Matrimonia omnia hodie publica non clandestina, ibid. n. 66. p. 2.
 Matrimonium est quid facti & non presumitur, l. 1. c. 9. n. 4. f. 18. p. 1.
 Matrimonium probari potest per scripturam vel dotale instrumentum, ibid. n. 10. ibidem.
 Matrimonium dotali instrumento probari tenet Rota Roma. ibid. n. 13. p. 2.
 Matrimonium dotali instrumento probari, intelligi quo ad contrahentes tantum non quo ad alios, ibidem n. 16. ibidem.
 Matrimonium nobilium sine scriptura non recte contrahitur, ibid. n. 18. ibidem.
 Matrimonium sine dote esse potest nec dotali instrumento, ibid. n. 25. f. 19. p. 1.
 Matrimonium iure canonico & filiorum legitimitas sine instrumentis valet, ibid. n. 29. ibidem.
 Matrimonium non contractum fuisse probatur ex inspectione librorum parochi, ibid. n. 40. p. 2.
 Matrimonium clandestinum, coniecturis probatur, l. 1. c. 10. n. 9. f. 20. p. 2.
 Matrimonia presumpta S. C. Trid. sublata, ibid. n. 16. ibidem.

Matrimo-

I N D E X.

Matrimonium inter raptorem & raptum valet iure antiquo canonico, ibid. n. 28. f. 21. p. 1.
 Matrimonium inter raptorem & raptam, sublatum a S. C. Tridentino, ibid. n. 31. ibidem.
 Matrimonium sequens corruptenti poenam auferit, non tamen dotandi onus, ibid. n. 64. fol. 22. pag. 2.
 Matrimonia, quae non contrahuntur iuxta formam S. C. Tridentini, adulteria potius quam matrimonia dicenda, ibid. n. 68. f. 23. p. 1.
 Matrimonium ab impuberibus contractum valet vt sponsalia de futuro, l. 1. c. 11. n. 27. f. 25. p. 1.
 Matrimonium inter duos impuberes, vel puberem & impubere, non tenet nisi in vim sponsaliorum, ibid. n. 29. ibidem.
 Matrimonium inter duos impuberes valet vt sponsalia, & cogi potest vnus ab alio vt contrahat, ibid. n. 30. ibidem.
 Matrimonia omnia presumpta, a S. C. Tridenti. sublata, l. 1. c. 12. n. 1. f. 26. p. 2.
 Matrimonium de iure ciuili ex cohabitatione presumitur, ibid. n. 2. f. 27. p. 1.
 Matrimonium de iure ciuili inter impares non presumitur, ibid. n. 3. ibidem.
 Matrimonia imparia, iure ciuili sublata, ibid. n. 5. ibidem.
 Matrimonium de iure canonico ex cohabitatione non presumitur, sed adulterium, ibidem n. 9. ibidem.
 Matrimonium de iure canonico ex cohabitatione longa non presumitur, ibid. n. 10. ibid.
 Matrimonium presumitur ex cohabitatione, & alijs coniecturis, ibid. n. 17. f. 27. p. 2.
 Matrimonium ex cohabitatione non presumitur de iure canonico, filij tamen censentur legitimi & quae sit ratio, ibid. n. 19. ibidem.
 Matrimonium morganatico usu quale, ibid. n. 20. ibidem.
 Matrimonium ex cohabitatione hodierno iure non presumitur, ibid. n. 26. f. 28. p. 1.
 Matrimonium contractus est & assimilatur plurimum emptioni & venditioni, l. 1. c. 13. n. 18. f. 29. p. 1.
 Matrimonium verum Sacramentum, ibid. n. 19. ibidem.
 Matrimonium vbi consideratur tanquam contractus, & tanquam Sacramentum, praeualet vt Sacramentum, ibid. n. 39. ibid. p. 2.
 Matrimonium verum non requirit copulam, ibid. n. 43. ibidem.
 Matrimonium ab impuberibus contractum, valet in vim sponsaliorum, l. 1. c. 14. n. 17. f. 31. p. 1.
 Matrimonij materia fauorabilis, ibidem n. 41. pag. 2.
 Matrimonium contrahere hodierno iure filij sine consensu parentum possunt, l. 1. c. 16. n. 11. fol. 37. pag. 2.
 Matrimonij libertatem Reges infringere non possunt, ibid. n. 12. ibidem.
 Matrimonij probatio latissimam recipit interpretationem, ibid. n. 15. ibidem.
 Matrimonium contractum litte pendente super primo clandestino an valeat, ibid. n. 16. ibid.
 Matrimonia clandestina hodierno iure sublata, ibid. n. 17. ibidem.
 Matrimonia clandestina antiquo iure valebant, ibid. n. 20. ibidem.
 Matrimonia clandestina odiosa iure antiquo, ibid. n. 21. ibidem.
 Matrimonium in mortis articulo celebrari potest, l. 1. c. 18. n. 14. f. 39. p. 2.
 Matrimonium etiam iure nouo C. Trid. in mortis articulo contrahi potest, ibid. n. 15. ibidem.
 Matrimonium etiam dolo contractum valet, ibid. n. 33. f. 40. p. 2.
 Matrimonium contrahere ex sua natura opus meritorium, ibid. n. 51. f. 42. p. 1.
 Matrimonia clandestina hodierno iure sublata, ibidem n. 56. ibidem.
 Matrimonij bona tria, fides, proles, Sacramentum, ibid. n. 61. p. 2.
 Matrimonium contractum in mortis articulo a patre dicente expressim se in fraudem substituti hoc facere, an ex eo substitutus excludatur, ibidem n. 62. ibidem.
 Matrimonium spirituale contractum in fraudem substituti an valeat, ibid. n. 63. ibidem.
 Matrimonium in fraudem substituti contractum, substitutum excludit, ibid. n. 64. ibidem.
 Matrimonium contractum in mortis articulo, sine precipuo Sacramenti, contractum censetur, ibidem n. 69. f. 43. p. 1.
 Matrimonium contrahere in mortis articulo licitum, ibid. n. 74. ibidem.
 Matrimonium clandestinum dolum arguit, & impedimenti scientiam, ibid. n. 81. p. 2.
 Matrimonium iurisgentium contractus, l. 1. c. 19. n. 1. f. 45. p. 1.
 Matrimonia iure diuino prohibita, & naturali etiam prohibita sunt, ibid. n. 105. f. 50. p. 2.
 Matrimonium contractus aduersus interdictum Ecclesiae ratione consensus valebat antiquitus dum interdictum perpetuum prohibitionem non continet, ibid. n. 107. ibidem.
 Matrimonia clandestina valebant antiquitus, & oriebatur ex consensu obligatio naturalis, ibid. n. 108. ibidem.
 Matrimonium contrahere homines ex causa interdicti possunt & quomodo, ibid. n. 111. f. 51. p. 1.
 Matrimonia maris & foeminae coniunctio, ibid. n. 112. ibidem.
 Matrimonij contractus quibusdam iure ciuili personis interdictus, ibid. n. 114. ibidem.
 Matrimonium quatenus contractus subijcitur legibus superiorum, ibid. n. 118. ibidem.
 Matrimonium perfectum, non tamen per copulam carnalem consummatum, potest per Papam dissolui, ibid. n. 123. f. 51. p. 2.
 Matrimonium nullum in foro interiori, & in foro

d exte-

INDEX.

exteriori, ibid. n. 130. f. 52. p. 1.
 Matrimonium nulliter contractum aduersus S. C. Triden. dissolui non potest propria auctoritate, quando inde graue scādalum oriretur, ibid. n. 132. ibidem.
 Matrimonium vi cōtractū et si nullū, auctoritate tamen Ecclesiæ dissolui debet, ibid. n. 133. ibid.
 Matrimonium contrahens mulier aduersus decretum Triden, et si deflorata fuerit a viro, non tenetur vir sibi ad aliquid in foro conscientia, ibid. n. 137. p. 2.
 Matrimonium inuitis parentibus cōtrahi potest, ibid. n. 139. ibidem.
 Matrimonium an vero sponsalia sint quæ contrahuntur ex verbis dignoscendum est, l. 1. c. 20. n. 15. f. 53. p. 2.
 Matrimonij causa fauorabilis, l. 1. c. 21. nu. 1. fol. 57. p. 1.
 Matrimonium sine dote esse potest, l. 1. c. 23. nu. 1. f. 62. p. 2.
 Matrimonio in cōtractu, fere semper dolus & mendacia intercedunt, l. 1. c. 21. n. 26. f. 58. p. 1.
 Matrimonium contractus nominatus, l. 1. c. 22. n. 5. f. 59. p. 1.
 Matrimonij nomen elegans, ibid. n. 6. ibidem.
 Matrimonium contrahentes clandestine, inhabiles redduntur ad sic cōtrahendū, ibid. n. 53. f. 61. p. 1.
 Matrimonium ex septem Sacramentis Ecclesiæ, & quæ ratio, diuersitatis cur in possessorio matrimonij nequeant Iudices seculares cognoscere, cū possent in beneficialibus, ibi. n. 63. p. 2.
 Matrimonij naturalia, substantialia, & occidentalia, quæ sint, l. 1. c. 23. n. 5. f. 62. p. 1.
 Matrimonij substantialia consensus, ibid. nu. 6. fol. 62. p. 1.
 Matrimonium continua seruitus, ibid. nu. 49. fol. 64. p. 1.
 Matrimonij accidentalia ea sunt quæ adesse & abesse possunt, ibid. n. 54. ibidem.
 Matrimonij in accusatione, et si vnus subcumbat, alius admittitur secundum Panor. l. 1. c. 24. nu. 11. f. 65. p. 1.
 Matrimonium per procuratorem cōtrahi potest, l. 1. c. 25. n. 5. f. 66. p. 1.
 Matrimonium contrahi potest per procuratorem quibuscunq. verbis, ibid. nu. 9. ibidem.
 Matrimonium contractum inter consanguineos sub conditione si Papa dispensauerit, potest vnus ex ijs in hac specie, cum alio matrimonium contrahere nulla facta notificatione, & quæ sit ratio, ibid. n. 15. p. 2.
 Matrimonium cur cōtrahi possit cū alia, nō obstante mandato precedente, ibid. nu. 16. ibidem.
 Matrimonium per procuratorem contractū, præsumptum dici non potest sed fictum, ibid. n. 30. fol. 67. p. 1.
 Matrimonium inter absentes, nisi per procuratorem fieri potest, ibid. n. 31. ibidem.
 Matrimonij contractus similis societati quæ per

procuratorem contrahitur, ibidem nu. 50. fol. 68. p. 1.
 Matrimonium per epistolam contractum facilius irritatur quam per procuratorem, ibid. nu. 55. pag. 2.
 Matrimonium per procuratorem contractum an sit Sacramentum ante consensum a constituyente præstitum, ibid. n. 61. p. 2.
 Matrimonium sub conditione honesta celebrari potest, l. 1. c. 26. n. 5. f. 70. p. 2.
 Matrimonium dicitur actus legitimus qui nō recipit conditionem, ibid. n. 8. f. 71. p. 1.
 Matrimonium non dicitur actus legitimus, ibid. n. 11. ibidem.
 Matrimonium de iure digestorum, Sacramentum non erat, ibid. n. 12. ibidem.
 Matrimonium iure digestorum purus erat contractus, in quo licebat conditiones quascunq. apponere, quæ substantia contractus non repugnant, ibid. nu. 13. ibidem.
 Matrimonium diuortio soluebatur iure digestorum, quando vnus ex coniugibus conditioni nō patebat, ibid. n. 14. ibidem.
 Matrimonium diuortio non soluebatur iure codicis nisi in certis casibus, ibid. n. 15. ibidem.
 Matrimonium quatenus Sacramentū etiam conditionem honestam admittit, ibid. n. 16. ibidem.
 Matrimonium deficiente conditione non dissoluitur, sicut ceteri contractus, licet vnus ex coniugibus alterum cogere possit, vt conditionem obseruet, ibid. n. 17. ibidem.
 Matrimonium cum alia cōtractum pendente conditione valet, ibid. n. 92. f. 73. p. 2.
 Matrimonium cum alia contractum sub conditione, valet non obstante conditione in priori matrimonio apposita, dum hæc posterior prius purificetur, ibid. n. 93. ibidem.
 Matrimonium secundo loco contractum, & sub conditione sicut primum obstante dubio, quæ conditio prius fuerit purificata neutrum valet matrimonium, ibid. nu. 94. ibidem.
 Matrimonium contractum ante conditionis enatum valet, censetur enim reuocatus consensus, ibid. n. 96. ibidem.
 Matrimonium secundo contractum pendente conditione primi nō valet si principaliter contractum fuit lucri causa, ibid. n. 98. f. 74. p. 1.
 Matrimonia venalia esse non debent, ibidem nu. 100. ibidem.
 Matrimonium contrahens cum aliqua, donec alia ditioem inueniat, matrimonium annullat, ibid. n. 104. ibidem.
 Matrimonium contrahens cum aliqua sub conditione, si se adulterandam præbeat, matrimonium irritat, ibid. n. 105. ibidem.
 Matrimonio semel contracto, multa in eo incidunt quæ illud non vitiant, quæ tamen ab initio illud irritarent, ibid. nu. 117. p. 2.
 Matrimonium inter paganos contractum sub conditione,

INDEX.

ditione, vt liceat quālibet repudium mittere, sibi ipsi aduersatur, ibid. n. 120. ibidem.
 Matrimonium sub conditione vel modo contractū, quæ aduersatur bonis matrimonij, etiā secuta copula carnali nullū est, ibid. n. 129. f. 75. p. 1.
 Matrimonij fauore conditiones turpes reijciuntur, ibidem n. 143. f. 76. p. 1.
 Matrimonium contrahens sub conditione turpi quam credebatur honestam, matrimonium resoluit, ibid. n. 154. p. 2.
 Matrimonium contractū sub conditione quæ iuri aduersatur, impossibilis dicitur, ibid. n. 160. ibi.
 Matrimonium sub conditione contractum de iure impossibili, dum conditio ius futurum respiciat, matrimonium suspendit, ibid. n. 162. ibid.
 Matrimonium contrahentes sub conditione, si liceat intra quartum gradum contrahere excommunicati sunt & in pœnas iuris incidunt, ibid. n. 163. ibidem.
 Matrimonium contrahens sub impossibili conditione, consentire in matrimonio non videtur, l. 2. d. 1. n. 4. f. 84. p. 2.
 Matrimonium sub impossibili conditione contractum in foro exteriori matrimonium nō est, licet in foro exteriori valeat iuxta Paludani sententiam, ibid. n. 7. ibidem.
 Matrimonium sub turpi vel impossibili conditione contractum illius fauore inductum a iure canonico vt ex tacita contrahentis intentione pro non adiecto non habeatur, ibid. nu. 19. fol. 86. p. 1.
 Matrimonium cum alia contractum pendente primi conditione valet & tenet, l. 2. d. 2. nu. 6. fol. 87. p. 1.
 Matrimonij fauore, & ratione libertatis illius inductum, vt valeat matrimonium secundo contractū pendente conditione primi, ibid. n. 7. ibid.
 Matrimonium contractum inter consanguineos sub conditione si Rom. Pontif. dispensauerit, an adueniente dispensatione nouo consensu opus sit, ibid. n. 8. ibidem.
 Matrimonium contractum sub conditione si Papa dispensauerit, sub impossibili conditione contractum censetur, ibid. nu. 14. p. 2.
 Matrimonij quæstio sub conditione contracti si Rom. Pontif. dispensauerit, vera resolutio, hucusq. a nullo percepta, ibid. n. 22. f. 86. p. 1.
 Matrimonium contrahentes sub conditione possibili, & honesta adueniente conditione nouo consensu non egent, ibid. nu. 26. f. 86. p. 1.
 Matrimonij conditionalis perfectio, ab impleto conditionis pendet, ibid. n. 28. ibidem.
 Matrimonium contractū sub conditione adhibitis tamen solemnitatibus S. C. Triden. adueniente conditione nouo consensu opus non est, ibid. nu. 33. pag. 2.
 Matrimonium est iuris gentium: ceterum quia Sacramentum super eo Reges & Principes statuere non possunt, l. 2. d. 7. n. 5. f. 94. p. 1.

Matrimonij libertatem impediens, Reges vel Principes a S. C. Tridenti. excommunicantur, ibid. n. 6. ibidem.
 Matrimonij libertas restringi aequaliter potest, ibid. n. 23. f. 95. p. 1.
 Matrimonia libera esse debent ab omni pœna, ibid. n. 28. ibidem.
 Matrimonio contrahendo an possit quisquā iniuriari præmio conditione adiecta, quod si secus faciat lucro vel hereditate priuetur, ibi. n. 31. ibi.
 Matrimonij turpitudine parētes omnes iniuria afficit, ibid. n. 50. f. 96. p. 2.
 Matrimonium species quædam emptionis & venditionis est, l. 2. d. 8. n. 1. f. 98. p. 2.
 Matrimonium ob vitium latens dissolui non potest, ibid. n. 8. ibidem.
 Matrimonij mediatores qui solo Dei intuitu matrimonia curant fieri ob vitium latens, actione de dolo non tenentur, ibid. n. 11. f. 99. p. 1.
 Matrimonij mediatores, qui vere sciunt vitium latens, reticendo illud, actione de dolo conueniri possunt, ibid. n. 12. ibidem.
 Matrimonium dissolueri ad eum tatum pertinet, qui iurisdictionem habet canonicam, l. 2. d. 9. n. 7. f. 99. p. 2.
 Matrimonialis causæ cognitio, ad solos Iudices Ecclesiasticos pertinet, l. 2. d. 10. n. 13. f. 100. p. 2.
 Matrimonium quatenus Sacramentum, Ecclesiasticas tantū personas recognoscit, ibi. n. 14. ibi.
 Matrimonialis causa possessoria, ad mixtā habet causam spiritualitatis, simul & titulum, ibid. n. 21. f. 101. p. 1.
 Matrimonialis causa sacramentalis est, ibid. nu. 29. ibidem.
 Matrimonij Sacramentū vt principale, accessoria sequuntur, ibid. n. 30. ibidem.
 Matrimonium seruitus est, ibid. n. 35. p. 2.
 Matrimonia clandestina iure nouo, eo ipso quod clandestina sunt nulla efficiuntur, l. 2. d. 11. nu. 28. f. 104. p. 1.
 Matrimonium clandestinum dici potest, quod prætermisissis denunciationibus fit, ibid. nu. 39. fol. 105. p. 1.
 Matrimonium impediens qui iurare nolūt, nullum præstant impedimentum, ibid. nu. 54. fol. 106. p. 1.
 Matrimonialium causarum & dispensationum in denunciationibus faciendis, differentiæ ratio, ibid. n. 75. f. 106. p. 2.
 Matrimoniales causæ delegatæ per Rom. Pōt. subdelegari non possunt, ibid. n. 84. f. 107. p. 1.
 Matrimoniales causæ graues dicuntur, ibid. n. 85. fol. 107. p. 1.
 Matrimonium nullū est illius qui ad alienam parrochiam se transtulit, ibid. n. 93. p. 2.
 Matrimonium an contrahi possit legitime coram proprio parrocho in aliena parrochia, ibid. nu. 136. f. 109. p. 1.
 Matrimonium contrahentes aduersus formam

INDEX.

S.C. Triden. inhabiles ad contrahendum efficiuntur, *ibid.* n. 157. f. 110. p. 1.
 Matrimonia clandestina prohibita ex S. C. Triden. an sponsalia clandestina comprehendant, *ibid.* n. 159. *ibidem.*
 Matrimonium inter consanguineos & affines, contrahi non potest, l. 2. d. 12. n. 9. f. 110. p. 2.
 Matrimonium contrahere infideles dicuntur, l. 2. d. 13. n. 7. f. 111. p. 1.
 Matrimonium contrahere infideles quatenus Sacramentum non dicuntur, *ibid.* n. 8. *ibidem.*
 Matrimonium cum hereticis interdictum est, *ibidem* nu. 10. *ibidem.*
 Matrimonium quatenus contractus, consensu utriusq. coniugum dissolui potest, l. 2. d. 14. n. 8. *ibid.* p. 2.
 Matrimonium quatenus Sacramentum de comuni etiam consensu coniugum dissolui non potest, *ibid.* n. 9. *ibidem.*
 Matrimonij prerogativa singularis ut alter in alterum coniugem sui transferat dominium corporis, l. 2. d. 15. n. 14. f. 112. p. 1.
 Matrimonium metu celebratum, ipso iure nullum est, l. 2. d. 17. n. 4. f. 114. p. 1.
 Matrimonium ex opere operato gratiam confert, l. 2. d. 18. n. 5. f. 118. p. 2.
 Matrimonij fauor maximus, l. 3. q. 2. nu. 19. fol. 139. p. 2.
 Matrimonium etsi valeat plerumque tamen pacto in eo apposita non valent, *ibid.* n. 27. *ibid.*
 Matrimonium contrahentes ob immensas donationes filijs primogenitis factas, ceteros filios legitima priuare possunt, l. 3. q. 2. n. 52. f. 141. p. 1.
 Matrimonium contrahere grauatus de consilio alterius, persona mortua potest libere contrahere, l. 3. q. 29. n. 13. f. 236. p. 1.
 Matrimonium contrahere grauatus cum consensu & voluntate alicuius, etsi conditio huiusmodi inualida sit grauatus tamen ut relictum consequatur matrimonium, cum aliqua contrahere tenetur, *ibid.* n. 23. f. 236. p. 2.
 Matrimonium contrahere grauatus cum consensu & voluntate alterius, substituta pia causa, licet conditio inualida sit, propter substitutionem tamen pie cause sustinetur, *ibid.* n. 24. f. 237. p. 1.
 Matrimonium contrahere grauatus sub conditione ut cum certa aliqua muliere contrahat vel cum aliquibus de certa familia, adimplere grauamen tenetur, *ibid.* n. 26. *ibidem.*
 Matrimonium contrahere grauatus cum consanguinea, tenetur proprijs expensis dispensationem impetrare, *ibid.* nu. 33. *ibidem.*
 Matrimonium contrahere iustus cum certa persona sub pena priuationis hereditatis qui primo recusauit & postea poenitentia ductus contrahere vult an sit locus poenitentiae & ad finem capitis adducitur consilium auctoris integrum in hac specie, *ibid.* n. 71. f. 239. p. 2.
 Matrimonium contrahere recusantis, ius in sequen-

tem transit, *ibid.* n. 73. *ibidem.*
 Matrimonium contrahere iustus minor, utrum aduersus conditionem non adimpletam, restitutionem petere possit, *ibid.* nu. 78. *ibidem.*
 Matrimonium contrahere iustus minor cum certa muliere si cum altera contrahat matrimonium & ea mortua velit denuo alteram in vxore ducere, an audiatur, *ibid.* n. 83. f. 240. p. 1.
 Matrimonium cum certa contrahere iustus, si legitime requisita contrahere nolle, utrum poenitentia ducta, post possit interpellare grauatum ut cum ea contrahat, & adfertur in fine consilium auctoris, *ibid.* n. 85. *ibidem.*
 Matrimonium societas dicitur diuina & humana domus, l. 3. q. 41. n. 14. f. 269. pag. 1.
 Matrimonialis contractus substantia non est, quod maritus vxori alimenta ministret, *ibidem* nu. 24. f. 269. p. 2.
 Matrimonij appellatione venit matrimonium carnali copula consumatum, l. 3. q. 53. n. 9. fol. 287. p. 2.
 Matrimonium pro consumato habetur in incommodum mulieris quando per eam stat quominus consumetur, *ibid.* n. 17. f. 288. p. 1.
 Matrimonium putatiuum & verum in omnibus fere conueniunt, l. 3. q. 66. n. 6. f. 316. p. 2.
 Matrimonium putatiuum eisdem gaudet prerogatiuis, quibus & verum, *ibid.* nu. 7. *ibidem.*
 Matrimonium putatiuum in omnibus ut verum habetur, dum coniuges contrahant in faciem Ecclesiae, *ibid.* n. 9. *ibidem.*
 Matrimonium verum est ante translationem, l. 3. q. 68. n. 2. f. 318. p. 2.
 Mauri septem ducunt in vxores, l. 1. Ante. nu. 27. fol. 2. p. 1.
 Matrona que apud gellium, *ibid.* n. 51. f. 3. p. 1.
 Matronarum pericia ubi non sufficit, medici adiungendi sunt, l. 2. d. 8. n. 7. f. 97. p. 2.
 Menochij declaratio ad S. C. Triden. l. 1. c. 10. n. 32. f. 31. p. 2.
 Meno. opinio reprobata, l. 1. c. 13. n. 10. f. 28. p. 2. & n. 14. f. 37. p. 2. & n. 43. f. 370. p. 2.
 Menochij ratio cofutatur, l. 1. c. 13. n. 13. f. 28. p. 2. & c. 14. n. 25. f. 31. p. 1. & c. 18. n. 28. f. 40. p. 1.
 Meno. traditio subuersa, l. 1. c. 14. n. 23. f. 31. p. 1.
 Menochij & Mascardi traditio refutata, l. 1. c. 15. n. 28. f. 33. p. 1.
 Meno. contrarietas, l. 1. c. 18. n. 54. f. 38. p. 2.
 Meno. opinio an vicarius Episcopi possit dimittere denunciations, l. 2. d. 11. n. 68. f. 106. p. 1.
 Meno. traditio reprobatur, l. 3. q. 55. nu. 22. & 23. f. 394. p. 2.
 Meno. doctrina reprehenditur, l. 3. q. 8. n. 24. fol. 159. p. 2.
 Menochij considerationes ad 6. ex conditionali in sti. de verb. oblig. reprobatur, l. 3. q. 25. n. 46. f. 227. p. 1.
 Meno. traditio, l. 3. q. 50. nu. 20. & nu. 23. fol. 288. pag. 1.

Meno-

INDEX.

Menochij traditio suspecta, *ibid.* n. 21. *ibidem.*
 Meno. traditio noua, l. 3. q. 55. n. 7. f. 293. p. 2.
 Meno. solutiones confutantur, *ibidem* nu. 23. fol. 294. p. 2.
 Meno. consilium reprobatur, l. 3. q. 59. n. 20. fol. 305. p. 2.
 Menochius con. 197. declaratur, l. 3. q. 85. n. 6. fol. 342. p. 2.
 Meno. opinio subuertitur, l. 3. q. 96. nu. 25. fol. 363. p. 2.
 Meno. consilium suspectum, *ibid.* n. 30. *ibidem.*
 Meno. opinio qualis circa dispositionem tex. in cap. 16. sessione 25. in S. C. Triden. l. 3. q. 99. n. 42. f. 370. p. 2.
 Menchaca a Didaco reprobatus, l. 3. q. 89. n. 7. fol. 350. p. 1.
 Melchior Pela. traditio adducitur, l. 3. q. 11. n. 35. f. 168. p. 1.
 Melchior Pela. traditio insignis, l. 3. q. 23. n. 23. f. 189. p. 1.
 Melchior Pela. opinio refutatur, l. 3. q. 24. n. 169. f. 211. p. 1.
 Melchior Pela. opinio quando procedere possit, *ibid.* nu. 170. *ibidem.*
 Mediatia causa quando pro immediata sumatur, l. 3. q. 32. n. 9. f. 251. p. 1.
 Meliorationis appellatione quid veniat, l. 3. q. 71. n. 27. f. 322. p. 2.
 Meliorationum appellatione veniunt edificia, reparaciones, disboscationes, plantaciones oliuetorum, vinearum & his similia, *ibid.* n. 28. f. 323. p. 1.
 Melioratio proprie dicitur quando qualitas bonorum, & ipsorum bonitas aucta est, *ibid.* nu. 29. *ibidem.*
 Melioratio non dicitur illud quod naturaliter nascitur de per se absq. industria hominis, *ibid.* n. 32. *ibidem.*
 Melioraciones quae in rebus fiunt absq. opera vel industria hominis non proprie melioraciones dicuntur, l. 3. q. 72. n. 5. f. 323. p. 2.
 Melioraciones & expensae diuersi sunt termini, l. 3. q. 73. n. 2. f. 324. p. 1.
 Melioratum non attenditur sed expensum, *ibid.* nu. 4. *ibidem.*
 Meliorationum pretium tempore restitutionis considerandum, *ibid.* n. 10. f. 325. p. 1.
 Melioraciones quemadmodum estimari debeant per se in adificijs, *ibid.* n. 12. *ibidem.*
 Melioraciones in plantis quemadmodum estimetur, *ibid.* n. 13. *ibidem.*
 Melioraciones cum deterioribus, qualiter copenentur, *ibid.* n. 16. f. 325. p. 2.
 Melioraciones cum deteriorationibus confunduntur, *ibid.* n. 18. *ibidem.*
 Mens disponentis proprietati verborum praefertur, l. 1. c. 21. n. 23. f. 58. p. 1.
 Mens coniecturata etiam in conuentionibus attendenda, l. 3. q. 28. n. 28. f. 234. p. 1.

Mens pacifcentium in contrectibus attendenda, l. 3. q. 34. n. 29. f. 255. p. 1.
 Mens in renunciationibus attendenda, l. 3. q. 85. n. 9. f. 342. p. 2.
 Mens & intentio patris talis iudicari debet, qualis de iure esse debet, *ibid.* n. 51. f. 345. p. 2.
 Marantae declaratio insignis, l. 3. q. 92. nu. 48. fol. 356. p. 2.
 Marantae declaratio vera in praedicta specie, *ibid.* n. 60. f. 357. p. 1.
 Marantae declaratio ad communem opinionem, l. 3. q. 93. n. 17. f. 358. p. 2.
 Marantae declaratio celebris, *ibidem* nu. 18. fol. 359. p. 1.
 Metus causa durante, omnes actus metulosi presumuntur, l. 1. c. 3. n. 34. f. 9. p. 1.
 Metus quis constans dicatur, *ibid.* n. 36. *ibidem.*
 Metus an consideretur in viro coeunte post contractum matrimonij, *ibid.* n. 38. p. 2.
 Metus spontanea coitione, data libertate purgatur, *ibid.* nu. 47. *ibidem.*
 Metus iustus non irritat matrimonium, *ibid.* nu. 50. *ibidem.*
 Metus iniuste illatus irritat matrimonium, *ibid.* n. 49. *ibidem.*
 Metus iusti exceptio non fuit sublata, ex S. C. Triden. *ibid.* n. 52. f. 10. p. 1.
 Metus reuerentialis patris vel mariti, absq. aliqua vi vel metu infringere filiae renunciationem non potest, l. 3. q. 98. n. 10. f. 367.
 Metus reuerentialis probandus, *ibid.* nu. 11. fol. 367. p. 2.
 Metus reuerentialis non praesumitur, ex sola patris aut mariti praesentia, *ibid.* n. 12. *ibidem.*
 Metus aperte probandus ab eo qui eum allegat, *ibid.* n. 13. *ibidem.*
 Metus reuerentialis simul cum enormissima laesione concurrens, renunciationem filiae infringere potest, *ibid.* n. 14. *ibidem.*
 Milites Sancti Iacobi & aliarum militiarum Hispaniae vere religiosi dicuntur, l. 2. d. 3. n. 28. fol. 90. pag. 1.
 Milites Calatrae vere religiosi, *ibidem* num. 30. *ibidem.*
 Minores qui annos accedunt 14. contrahere possunt, l. 1. c. 14. n. 4. f. 30. p. 2.
 Minores pubertati proximi, contrahere matrimonium possunt, *ibid.* n. 5. *ibidem.*
 Minor contrahens, maior factus alienationem ratam habere potest, tacite vel expresse, *ibid.* nu. 6. *ibidem.*
 Minor que per se facere potest & per procuratorem, l. 1. c. 25. n. 3. f. 65. p. 2.
 Minor non restituitur, ubi id facit, quod prudentissimus quisque faceret, l. 2. d. 6. nu. 6. fol. 92. p. 2.
 Minor quemadmodum non restituitur in matrimonio: sic nec in sponsalibus de praesenti, *ibid.* nu. 7. *ibidem.*

d 3 Minor

INDEX.

- Minor propter incertitudinem nō restituitur, l. 3. q. 2. n. 13. f. 139. p. 1.
 Minimum quod est in fideicommissis sequendum, l. 3. q. 24. n. 97. f. 207. p. 2.
 Minor matrimonium contrahere iussus cū certa persona sub pœna priuationis maioratus, an possit moram purgare, restitutione petita, l. 3. q. 29. n. 81. f. 247. p. 1.
 Minor an possit restitui aduersus expressum testatoris præceptum, ibid. n. 82. ibidem.
 Minor non restituitur aduersus voluntatem disponentis, cui contrauenit, ibid. n. 84. ibidem.
 Minor qui dolo aduersarij se maiorem dixit, & iurans an restituendus, l. 3. q. 98. n. 20. f. 367. p. 2.
 Missæ sacrificium apud Christianos adhiberi solitū in Ecclesia primitiua, l. 1. Ante. n. 66. f. 3. p. 2.
 Modus aduersus substantiam matrimonij, irritat matrimonium, l. 1. c. 26. n. 127. f. 75. p. 1.
 Modus adiectus aduersus substantiam matrimonij, reiicitur eo rato manente, l. 2. d. 3. n. 4. fol. 89. pag. 1.
 Moderator & arbiter quilibet in re sua est, l. 3. q. 10. n. 21. f. 163. p. 2.
 Monachus vita sua durante naturali, vel monasterium locus ipsius an redditus fideicommissi suscipere possit, l. 3. q. 26. n. 26. f. 231. p. 1.
 Monachus nouitius reuocare testamentum factū, ante ingressum religionis potest, l. 3. q. 99. n. 23. fol. 369. p. 2.
 Monachus nouitius durante nouitiatu testamentum condere potest, ibid. n. 24. ibidem.
 Monasterium ratione enormissimæ læsionis, renūciationem filix rescindere potest, l. 3. q. 99. nu. 6. f. 368. p. 2.
 Monasterium ingredienti vt paupertatem confiteantur, ingredi præsumuntur, ibid. n. 9. ibid.
 Monasterium nullum ius habet in bonis, quæ ingrediens religionem ante ingressum distribuit vel renūciat, ibid. n. 15. f. 369. p. 1.
 Monasterium haberi loco filij, grauis quæstio l. 1. c. 18. n. 37. f. 40. p. 1.
 Monasterium non excludit substitutum quando est de liberis, ibid. n. 38. ibidem.
 Monachi religione n̄ strictiorem ingredi possunt, petita etsi non obtenta licentia superioris, l. 1. c. 23. n. 50. f. 64. p. 1.
 Monasterium monachum repetit rei vendicatione adiecta causa iuris canonici, l. 1. c. 22. nu. 19. fol. 59. p. 2.
 Monasterium an sit loco filij, l. 3. q. 26. nu. 9. fol. 229. p. 2.
 Monasterium in contractibus non habetur loco filij, ibid. nu. 11. ibidem.
 Monasteriū non habentur loco filij vbi verba sunt intelligenda ad litteram, ibid. n. 12. f. 230. p. 1.
 Monitionum dispensatio non minoris momenti est quam causarum matrimonialium cognitio, l. 2. d. 1. n. 67. f. 106. p. 1.
 Monstra hominum, matrimonium cōtrahunt, l. 1. c. 1. n. 24. f. 5. p. 1.
 Mora vltima nocet, l. 3. q. 29. n. 86. f. 240. p. 1.
 Mora cessante, vsuræ & interesse cessant, l. 3. q. 39. n. 20. f. 265. p. 1.
 Mora debitoris, creditori nocere non debet, l. 3. q. 44. n. 5. f. 274. p. 2.
 Mora interueniente conditio dicitur adimpleta, ibid. n. 6. ibidem.
 Mora committitur in dote lapsus diei, ibid. n. 8. ibidem.
 Mora purgari re non integra non potest, l. 3. q. 29. n. 75. f. 239. p. 2.
 Moræ purgatio nō admittitur ad actionem semel deperditam recuperandā, ibid. n. 76. f. 239. p. 2.
 Mortis instantis periculum in contractibus fraudis suspicionem nō facit, l. 1. c. 18. n. 2. f. 38. p. 2.
 Mortis in articulo is dicitur cōstitutus, quem probabiliter creditur illico moriturum, l. 1. c. 18. n. 20. fol. 39. p. 2.
 Mortis in articulo aliud est constitutum aliud est à periculo mortis secundum quosdam, l. 1. c. 18. n. 21. ibidem.
 Mortis articulus nō legitur apud bonos authores, ibid. n. 23. ibidem.
 Mortis in articulo constitutus quis dicatur secundum Menoch, ibid. nu. 25. f. 40. p. 1.
 Morti proximus pro mortuo habetur, ibid. n. 29. ibidem.
 Moriens non censetur suæ salutis oblitus, ibidem n. 66. f. 42. p. 2.
 Moriens non præsumitur mutare voluntatem, ibid. n. 77. f. 43. p. 2.
 Moriens ab intestato, tacito iudicio, legitimos vocat successores, l. 3. q. 14. nu. 10. fol. 173. p. 2.
 Moriens & dicens quæ vult decedere intestatus, ijs verbis venientes ab intestato vocare censetur, l. 3. q. 18. n. 11. f. 181. p. 2.
 Mortis appellatione in quavis dispositione venit mors naturalis, l. 3. q. 53. n. 6. f. 287. p. 2.
 Mos contrahendi matrimonij apud Romanos, & quæ interrogationes, l. 1. Ante. n. 43. f. 2. p. 2.
 Mulier contrahens sine consensu mariti aduersus prohibitionem statuti non obligatur naturaliter, l. 1. c. 19. n. 47. f. 48. p. 1.
 Mulier non potest in præiudiciū dotis suæ quicquā facere, l. 3. Præiud. nu. 10. f. 120. p. 1.
 Mulier in præiudiciū dotis cōsentire nō potest marito alienanti, ibid. n. 27. ibid. p. 2.
 Mulier propter publicam utilitatem, in dote præiudicari non potest, ibid. n. 31. ibidem.
 Mulier nedum in dote potest sibi præiudicare, sed neq. in fructibus & alijs accessorijis, ibid. nu. 32. ibidem.
 Mulier de voluntate parentum contrahens matrimonium extra territorium, non incidit in pœnā statuti, l. 3. q. 29. n. 60. f. 238. p. 2.
 Mulier contrahens matrimonium intra annum luctus de voluntate parentum, nullam incurrit infamiam, ibid. n. 61. f. 239. p. 1.

Mulier

INDEX.

- Mulier minor septennio licet traducta, non lucratur donationem propter nuptias in vim pacti, l. 3. q. 30. n. 17. f. 248. p. 1.
 Mulier ante copulam inuito marito religionem ingredi potest, ibid. n. 20. ibid. p. 2.
 Mulier quæ eandem dotem quam priori dederat viro, secundo constituit, an etiam dotis augmentum, l. 3. q. 34. n. 15. f. 254. p. 1.
 Mulier transiens ad secundas nuptias, quemadmodū tenetur reseruare lucra filijs prioris matrimonij, sic & nepotibus, l. 3. q. 35. nu. 10. fol. 256. p. 1.
 Mulier vidua relicta an possit pacisci cum hæredibus mariti, quod donec dos soluat sibi aliquid detur pro interesse, l. 3. q. 39. nu. 24. fol. 264. p. 2.
 Mulier mortuo viro ex Iaso. sententia conuenire potest cū hæredib⁹ mariti quod donec dos soluat sibi aliquid detur pro interesse, ibid. nu. 25. ibidem.
 Mulier post mortē mariti capere non potest pro interesse ab hæredibus mariti, etiam spōte offerentibus, ibid. n. 30. f. 265. p. 1.
 Mulier non potest petere interesse nō solutę dotis, etiam sub pretextu alimentorum, ibid. nu. 37. fol. ibidem.
 Mulier potest pacisci in contractu matrimonij cū viro vt post illius mortem sibi liceat bona mariti retinere propria auctoritate donec dos soluat, ibid. n. 39. ibidem.
 Mulier potest propria auctoritate bona mariti retinere in securitate suarū dotiū, ibid. n. 40. ibid.
 Mulier nequid pacisci cum viro quod eo mortuo rerum illius fructus suos faciat nevē eos in sortem imputare teneatur, ibid. nu. 41. f. 265. p. 2.
 Mulier quæ vti creditrix bona mariti possidet, non possidet vti domina, ideo fructus imputare tenetur, ibid. n. 48. ibidem.
 Mulierum industria tenuis, l. 3. q. 41. n. 36. f. 270. pag. 1.
 Mulieribus vagari turpe, ibid. n. 39. ibidem.
 Mulier vaga eo ipso mulier præsumitur, ibid. nu. 40. ibidem.
 Mulieres pro alijs postulare prohibentur, ibid. nu. 41. ibidem.
 Mulier bona sua in dotem dare promittens, an bona omnia promississe videatur, l. 3. q. 46. n. 1. f. 276. p. 2.
 Mulier bona sua dare promittens, omnia promississe videtur, ibid. n. 2. f. 277. p. 1.
 Mulier quæ viro dixit se tradere illi bona sua in dotem, an omnia bona tradidisse videtur, ibid. n. 13. ibidem.
 Mulier potest expresse & etiam tacite renunciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. dot. l. 3. q. 49. n. 11. f. 279. p. 2.
 Mulierem non posse renūciare beneficio d. l. opinatur Bar. l. 3. q. 52. n. 2. f. 285. p. 1.
 Mulier beneficio l. fœminæ C. de secūdis nup. re-

- nunciare non potest, ibid. n. 7. ibidem.
 Mulierem renunciare posse beneficio l. vbi adhuc C. de iur. dot. tenuerunt multi, ibid. nu. 9. ibidem.
 Mulier an tacite videatur renunciare beneficio d. l. cum scienter nubit inopi, & ei qui male vtebatur substantia sua, ibid. n. 24. f. 286. p. 1.
 Mulier pacto potest in se periculum dotis suscipere, ibid. n. 11. f. 285. p. 1.
 Mulier potest renunciare hypothecæ quam habet in bonis mariti, ibid. n. 12. ibidem.
 Mulier ita demum potest iuri hypothecę renūciare, si supersunt alia bona mariti quibus sibi consultum sit, ibid. n. 20. f. 285. p. 2.
 Mulier quæ renūciauit beneficio hypothecę, nō extatibus alijs bonis mariti, potest ad ea habere regressum, nisi haberet correos & fideiussores, ibid. n. 22. f. 286. p. 1.
 Mulier pacisci non potest cum marito, ne res, & bona illis sint pro dote obligata, ibid. nu. 23. ibidem.
 Mulier pacto expresse sibi in dotem præiudicare non potest, ibid. n. 25. ibidem.
 Mulier contrahendo cum paupere matrimonium scienter, videtur illius personam & mores approbare, ibid. n. 37. f. 286. p. 2.
 Mulier contrahens matrimonium cū inope scienter, non excluditur a petenda cautione de dote conseruanda, ibid. n. 38. ibidem.
 Mulier ad stipulandum dotem aliquidem adhibens, videtur vt procurator adhibitus, l. 3. q. 55. n. 2. f. 293. p. 2.
 Mulier adhibens coniunctam personam ad stipulandum dotem animo donandi donare videtur, ibid. n. 10. f. 294. p. 1.
 Mulier quæ fratrem adhibuit ad stipulandum dotem, in certum casum donasse præsumitur, ibid. nu. 12. ibidem.
 Mulier adhibens extraneum ad stipulandum dotem, non videtur animum donandi habuisse, ibid. nu. 14. ibidem.
 Mulieres suaptæ naturæ auaræ, ibid. nu. 15. ibid.
 Mulier non potest facto suo iura dotium suarum ledere, ibid. n. 16. ibidem.
 Mulier adhibens extraneum ad certam partem dotis stipulandum donare videtur, ibid. nu. 19. ibidem.
 Mulier interest estimatas res maritis tradi propter periculum, l. 3. q. 57. n. 24. f. 298. p. 2.
 Mulier restitutionem petere potest aduersus dotem marito datam, si sit tanta dote dignus non erat, ibid. n. 32. f. 299. p. 1.
 Mulier nedum a marito sed & ab illius hæredibus, atq. etiam tertio potest vindicare res dotales estimatas vbi mariti bona non reperiuntur, ibid. n. 35. ibidem.
 Mulier quæ scienter nubit inopi, videtur tacite renunciare beneficio l. vbi adhuc C. de iur. dot. ibid. n. 37. f. 299. p. 2.

d 4

Mulier

INDEX.

- Mulier minor bona immobilia in dotem dare nō potest, absq. solemnitatibus à iure requisitis, *ibid.* n. 38. *ibidem.*
- Mulier ubi res dotales euictæ sunt de euictione tenetur, aut illius pater si illas dederit, *ibid.* nu. 42. f. 300. p. 1.
- Mulierum fauore statutum, vt æstimatio rerū dotalium emptionem faciat, *ibid.* n. 69. f. 301. p. 2.
- Mulier deteriore suæ dotis conditionem facere non potest, l. 3. q. 59. n. 14. f. 305. p. 2.
- Mulier post solum matrimonium potest sibi in dote præiudicare, *ibid.* n. 15. *ibidem.*
- Mulier quæ vigore pacti remaneret indotata, nequit sibi præiudicare, *ibid.* n. 16. *ibidem.*
- Mulier potest deteriore dotis conditionem facere, ubi obligatio, aliqua viro remitteretur, *ibid.* n. 25. f. 306. p. 1.
- Mulier potest ex pacto suscipere in se periculum rerum dotalium, *ibid.* n. 26. *ibidem.*
- Mulier suscipiendo in se periculum rerum dotalium, conditionem suam deteriore non facit, *ibid.* nu. 27. *ibidem.*
- Mulier renunciare non potest dolo aut latæ culpæ, quæ per maritum adhiberetur in rebus dotalibus, *ibid.* n. 28. *ibidem.*
- Mulier potest ex pacto conditionem dotis deteriore facere, quando dos ad illius primam naturam rediret, *ibid.* n. 29. *ibidem.*
- Mulier concedendo dilationem extraordinariam ad soluendam dotem eo ipso cõsetur sibi præiudicare & non valeret conuentio, *ibid.* nu. 31. *ibidem.*
- Mulier etiam soluto matrimonio iuxta multorum opinionem, deteriore dotis suæ conditionem facere non potest, *ibid.* n. 33. f. 306. p. 2.
- Mulieris pactum iuratum in præiudiciū dotis valet, *ibid.* n. 34. *ibidem.*
- Mulier de iure ciuili an potest renunciare iuri hypothecæ quam habet in bonis mariti, *ibid.* nu. 37. *ibidem.*
- Mulier in præiudiciū filiorum prioris matrimonij pacisci non potest, l. 3. q. 60. n. 4. f. 307. p. 1.
- Mulier bona omnia in dotem dare potest secundo viro, dum non paciscatur quod plus lucretur maritus, quam vnus ex filijs prioris matrimonij, l. 3. q. 61. n. 5. f. 309. p. 2.
- Mulier conuentione sua non potest conditionem suam deteriore facere, l. 3. q. 62. n. 2. f. 311. p. 1.
- Mulier non potest expressim renūciare beneficio l. ubi adhuc C. de iure dot. *ibid.* n. 3. *ibidem.*
- Mulier inops quartum consequitur in bonis mariti, veluti hæres a marito instituta, *ibid.* nu. 8. *ibidem.*
- Mulier renunciare non potest alimentis sibi debitis, occasione dotium, *ibid.* n. 12. f. 311. p. 2.
- Mulier potest sibi in dote aliquando præiudicare, *ibid.* n. 21. *ibidem.*
- Mulier dum vidua est, dicitur manere in obsequio mariti per fictionem, *ibid.* n. 26. f. 32. p. 1.
- Mulier qua clausula Velleiani beneficio renunciare potest, *ibid.* n. 33. f. 312. p. 2.
- Mulier renunciare cum iuramento potest, quartis & alimentis, *ibid.* n. 34. *ibidem.*
- Mulier etiam ad præceptum mariti negociari nō tenetur, l. 3. q. 65. n. 9. f. 315. p. 2.
- Mulier marito inseruire tenetur, *ibid.* n. 10. *ibidem.*
- Mulieres propter lucra nuptialia facilius nubunt & secundos ditant viros, *ibid.* n. 15. *ibidem.*
- Mulier vtrum possit in contractu matrimonij, bonis sibi ex societate prouenientibus renunciare, *ibid.* n. 17. f. 315. p. 1.
- Mulier propter adulterium dotem amittit, l. 3. q. 67. n. 2. f. 317. p. 1.
- Mulier propter adulterium nedum dotem, sed & alimenta perdit, *ibid.* n. 4. *ibidem.*
- Mulier propter adulterium paraphernalia amittit, *ibid.* n. 5. *ibidem.*
- Mulier propter adulterium nedum dotem datā, sed & promissam perdit, *ibid.* n. 6. *ibidem.*
- Mulier vidua relicta adulterium comittens intra annum luctus dotem amittit, *ibid.* n. 7. *ibidem.*
- Mulier propter adulterium, summam marito iniuriam infert, *ibid.* n. 8. f. 317. p. 2.
- Mulier adulterio matrimonij Sacramentum infringit, *ibid.* n. 14. *ibidem.*
- Mulier vidua relicta de iure dotem non amittit ex vxori opinione propter stuprum, *ibidem.* nu. 17. *ibidem.*
- Mulieri plus luxuria prodesse non potest quā castitas, *ibid.* n. 24. f. 318. p. 1.
- Mulier quæ dotem non attulit vero, donationem propter nuptias lucrati non potest, l. 3. q. 69. n. 3. f. 319. p. 2.
- Mulier ex meretricio questu lucrata, restituere nō tenetur, l. 3. q. 70. n. 16. f. 321. p. 1.
- Mulier meliores quascunque petere potest, l. 3. q. 73. n. 19. f. 225. p. 2.
- Mulier quæ ex societate inhita cum marito acquisiuit, an teneatur reseruare filijs prioris matrimonij, l. 3. q. 75. n. 1. f. 327. p. 1.
- Mulier quæ ex pacto & conuentione quærit tenetur reseruare filijs prioris matrimonij, *ibidem.* nu. 2. *ibidem.*
- Mulier quæ ex lucro statuario, vel ex consuetudine acquirit tenetur reseruare filijs prioris matrimonij, *ibid.* n. 4. *ibidem.*
- Mulier quæ ex societate inhita inter virū & vxorem acquirit non tenetur reseruare filijs prioris matrimonij, *ibid.* n. 5. *ibidem.*
- Mulier quæ acquirit ex societate titulo oneroso lucratur, *ibid.* n. 6. *ibidem.*
- Mulier renunciare potest lucris ex societate prouenientibus, *ibid.* n. 7. f. 327. p. 2.
- Mulier an consequatur partem in prædio empto ex pecunia quam habebat ante contractū matrimonium, l. 3. q. 76. n. 2. f. 327. p. 2.
Renunciatio facta per filiam patri cum iuramento de illius hereditate non impedit quin heres a patre institui possit, l. 3. q. 94. n. 1. fol. 359. p. 2.

Renunciationes quæ per filios vel filias fiunt de hereditatibus paternis odiosæ, ibid. nu. 2. ibid.

Renunciationes quæ per filias fiunt parentibus, cū fiant fauore parentum, non debent in ipsius odium retorqueri, ibid. nu. 3. ibidem.

Renunciatio iurata, ius tantum de presenti comprehendit, ibid. n. 7. ibidem.

Renunciatio per filiam facta fratribus, & eorum contemplatione, non impedit quin heres a patre institui possit, ibid. n. 9. f. 360. p. 1.

Renunciatio per filiam patri facta, non impedit quin ab eodem patre possit filia inter viuos donari, ibid. n. 10. ibidem.

Renunciatio per filiam facta patri, non impedit quin heres institui possit a patre etiam in eo testamento, quod ante renunciationem conditum erat, ibid. n. 11. ibidem.

Renunciatio per filiam facta patri de omni iure competenti, etiam ex quavis institutione paterna, non impedit quin a patre heres institui possit, ibid. n. 12. ibidem.

Renunciatio filie patri facta non impedit quin ab eodem patre nedum in specie sed & in genere heres institui possit, ibid. nu. 14. ibidem.

Renunciatio per filiam facta in contractu matrimonij, an reuocetur per superuenientiam liberorum, l. 3. q. 95. n. 1. fol. 360. pag. 2.

Renunciationes donationes dicuntur, ibi. n. 4. ibid.

Renunciatio per filiam facta patri, secundum multorum opinionem non reuocatur per superuenientiam liberorum, ibid. nu. 7. ibidem.

Renunciatio legitime per filium facta patri, non retractatur prætextu enormissimæ læsionis, ibi. n. 17. f. 361. p. 2.

Renunciatio filie enormiter læsæ an rescindi possit, l. 3. q. 96. n. 1. f. 362. p. 2.

Renunciatio in læsione enormissima consentire non videtur, ibid. n. 7. f. 363. p. 1.

Renunciatio per filiam facta cum iuramento de bonis paternis, maternis & fraternis, quemadmodum valeat, ibid. nu. 28. f. 364. p. 1.

Renunciatio quævis stante enormissima læsione, etsi iurata, rescindi potest, ibid. n. 33. f. 364. p. 1.

Renunciatio etiam cum iuramento, enormissimæ læsioni non potest, ibid. n. 36. ibid. f. 2.

Renunciationes in amplissima forma factæ nihil profunt, data enormissima læsione, ibid. nu. 39. ibidem.

Renunciatio generalis, non impedit remedium speciale, per legem concessum, l. 3. q. 97. nu. 4. f. 365. p. 2.

Renunciatio iuri quod quis ignorat, non præsumitur, ibid. nu. 5. ibidem.

Renunciatio data enormissima læsione etsi iurata vel consanguineorum auctoritate roborata, aut iudicis decreto, infringi potest, ibid. n. 27. fol. 366. pag. 2.

Renunciatio filie vi vel metu incusso, nulla, l. 3. q. 98. n. 7. f. 367. p. 1.

Renunciatio dolosa per filiam infringi potest, ibi. nu. 15. ibid. p. 2.

Renunciatio vel donatio filie ante ingressum religionis facta quæ post religionem ingreditur, an valeat, non obseruata forma, c. 15. sessio. 25. Con. Trident. l. 3. q. 99. n. 27. f. 369. p. 2.

Repetitio masculinitatis in capitulis matrimonialibus facta, an sufficiens sit coniectura ad inducendum fideicommissum perpetuum, l. 3. q. 24. n. 71. f. 203. p. 2.

Reciproci actus sustinentur quia alias inualidi forent, l. 3. q. 30. n. 6. f. 247. p. 1.

Repudiatio filij expressa, non præiudicat patri, secus tacita, l. 3. q. 52. n. 27. f. 286. pag. 1.

Repudiatio contractus non dicitur, l. 3. q. 85. nu. 44. f. 345. p. 1.

Repudiatio implicitam habet conditionem, si hereditas deferatur renuntianti, l. 3. q. 91. nu. 14. fol. 352. p. 1.

Repudiatio hereditatis aduentitiæ filio delata non nocet patri, ibid. n. 20. ibidem.

Repudiatio hereditatem, quæ sibi dupliciter iure competit, omni iuri renunciasse censetur, l. 3. q. 92. n. 4. f. 354. p. 1.

Restitutio in integrum concedenda minoribus, aduersus repudiationem vel amissionem hereditatis, l. 3. q. 97. n. 25. f. 366. p. 2.

Restitutio ob scandalum negatur, l. 1. c. 22. nu. 51. fol. 60. p. 2.

Restitutio denegatur propter exceptionem claustrales matrimonij, ibid. n. 52. ibidem.

Restitutio non conceditur vbi timor probabilis peccandi est, ibid. nu. 56. f. 61. p. 1.

Restitutio in integrum an concedatur, maioribus

I N D E X.

vel minoribus deceptis in contractu matrimonij, l. 2. d. 6. n. 1. f. 92. p. 2.

Restitutio in integrum iure ordinario minoribus competit læsionis, ibid. nu. 2. ibidem.

Restitutio in integrum maioribus ex causa datur, ibid. n. 3. ibidem.

Restitutio in integrum minori læso in contractu matrimonij non datur, ibid. n. 4. ibidem.

Restitutio in integrum non datur maioribus læsionis in contractu matrimonij, ibid. nu. 14. fol. 93. pag. 1.

Restitutions res subiecta, & in alodium data, eo ipso restitutioni renunciatum censetur, l. 3. q. 14. n. 29. f. 174. p. 1.

Restitutio nihil noui tribuit sed impedimentum remouet, ibid. n. 5. f. 183. p. 1.

Restituere grauitatis quicquid ex hereditate supererit, licet possit alienare in vita, non tamen in fraudem, l. 3. q. 49. nu. 27. fol. 280. pag. 2.

Restitutions tempus in meliorationibus attenditur, l. 3. q. 73. n. 25. fol. 326. p. 1.

Res posteriori tradita fit illius, l. 1. c. 13. n. 17. fol. 29. p. 1.

Res spiritualis tradi improprie dicitur, ibid. nu. 31. p. 2.

Res futura deterior dicitur cuius ruina timetur, l. 1. c. 20. n. 24. f. 55. p. 1.

Rescriptum ad beneficia vacatura, expirat contracto matrimonio, etsi nullo, l. 1. c. 23. nu. 22. f. 63. pag. 1.

Res permutata in locum alterius succedit vt eadē ipsa videatur, l. 3. q. 24. n. 60. f. 202. pag. 1.

Res permutata in fideicommissum comprehenditur, ibid. n. 61. ibidem.

Res de facili reuertitur ad suam naturam, l. 3. q. 59. nu. 30. f. 306. p. 1.

Res emptæ ex pecunia mariti, subrogatur in locum pecunie, l. 3. q. 76. nu. 3. fol. 327. p. 2.

Reservatio facta a filijs dum in matrimonio collocantur, cum reseruant sibi successionem alicuius tertij an valeat, l. 3. q. 20. nu. 1. fol. 182. p. 2.

Res dotales æstimatæ etiam si velles sint quæ vsu deteriorantur propter æstimationem deterioratio ad maritum pertinet, l. 3. q. 57. n. 25. f. 298. pag. 2.

Retinere rem is proprie dicitur, qui eam possidet, l. 3. q. 54. n. 26. f. 290. p. 2.

Reuocatio procuratoris intimari debet parti, & iudici, l. 1. c. 23. n. 11. f. 68. p. 1.

Reuocatio procuratoris intimari debet parti & iudici, etiam si pars & iudex aliter quam per viam notificationis, reuocationem scirent, ibi. n. 12. ibidem.

Reuocatio procuratoris in contractu matrimonij necesse non est vt intimetur, ibid. n. 13. ibidem.

Reuocatio tacita madata, notificanda est, ibidem n. 58. f. 68. p. 2.

Reuocatio actus præsumitur etiam ex actu inutili, postea subsequito, l. 3. q. 7. n. 22. f. 157. p. 1.

Rippe responsum approbatur, l. 3. q. 26. n. 25. fol. 230. p. 2.

Rodrici Xuarez opinio, l. 3. q. 76. n. 4. f. 227. p. 2.

Rolandi declaratio celebris, l. 3. q. 42. nu. 37. fol. 272. p. 2.

Rolandi traditio singularis, l. 3. q. 46. nu. 3. f. 277. pag. 1.

Rolandi dictum egredium, l. 3. q. 95. n. 10. fol. 361. pag. 1.

Rolandi consilium, ibid. nu. 11. ibidem.

Romanus Pontifex sine causa non dispensat, l. 3. q. 29. n. 52. f. 238. p. 1.

Rota Romana declaratum, collatione beneficiorum probari etiam per testes, l. 1. c. 9. nu. 32. fol. 19. p. 1.

Rota Romana declaratum, scriptoram non esse de essentia collationis, ibid. n. 33. ibidem.

Ruini opinio reprobat, vna cum Dida. Mascari & Menoch. l. 1. c. 14. n. 39. f. 31. p. 2.

Ruini consilium, 120. lib. 1. declaratur, l. 3. q. 24. n. 209. f. 213. p. 2.

Sacrarum rerum quedam magis sacra quam alie, & in his primum locum tenent sacramenta Ecclesie, l. 2. d. 10. n. 32. f. 101. p. 2.

Sacra res quæ per Pontifices & Episcopos consecrantur, non iam sacra sunt vt sacramenta a Christo domino instituta, ibid. n. 33. ibidem.

Sacramenta apud infideles nihil operantur, l. 2. d. 9. f. 111. p. 1.

Sacrum Con. Trident. matrimonij materiam cum per procuratores contrahitur, minime sustulit, l. 1. c. 25. n. 32. f. 67. p. 1.

Sacrum Con. Trident. in matrimonio non requirit presentiam corporalem, sed presentiam tantum, ibid. nu. 42. f. 68. p. 1.

Sacerdos qui parochii nomine in matrimonio interuenit, nulla ab eo petita licencia, an post parochus ratificare gestam possit, l. 2. d. 1. n. 126. fol. 108. p. 2.

Saguntus Romanis fidelissima, l. 1. c. 2. nu. 28. f. 6. pag. 2.

Santissimus dominus noster Clemens Octauus Papa laudatur, l. 1. c. 8. n. 63. f. 17. p. 1.

Sanguinis coniunctio reputatur pro causa finali, l. 3. q. 23. n. 78. f. 192. p. 1.

Sciencia & tollerantia Rom. Ponti. vim dispensationis habent, l. 1. c. 19. n. 64. f. 48. p. 2.

Scriptura non est de essentia contractus, l. 1. c. 9. n. 6. f. 18. p. 1.

Scriptura est de essentia contractus, vbi id expresse conuentum est, ibid. nu. 7. ibidem.

Scriptura non est de essentia contractus nisi expresse conuentum esset quod in scriptis fieret, & aliter non valeret, ibid. nu. 8. ibidem.

Scriptura non est de essentia contractus matrimonij, ibid. n. 9. ibidem.

Scriptura

INDEX

Scriptura est de essentia matrimonij inter nobi-
les, ibid. nu. 17. p. 2.
Scriptura requiritur in matrimonio spirituali, ibi-
dem. n. 20. ibidem.
Segur. de Aluares opinio reprobata, l. 2. d. 11. nu.
55. f. 106. p. 1.
Sententia sacri Senatus Barchinonensis probavit
resolutionem auctoris, & aliorum consulentiū
fore in omnibus aduersus consilium Menochi.
904. lib. 10. in quo contra Illustrissimam & ex-
cellentissimam Ducissam Cardonæ respondit
in fauorem D. Galcerandi de Cardona, & iudi-
catum aduersus eum in fauorem D. Ducissæ,
l. 3. q. 24. n. 337. f. 223. p. 2.
Senatores eorūq. liberi, abiectas fœminas in vxo-
res accipere interdicerentur, l. 1. c. 12. n. 6. f. 27.
pag. 1.
Separatio thori fieri poterat in iure canonico ve-
teri, vbi contrahebatur matrimonium clande-
stinum, l. 1. c. 13. n. 14. f. 29. p. 1.
Sessionis verba strictæ interpretanda, l. 3. q. 19. nu.
6. f. 182. p. 2.
Serui quo ad ius ciuile pro nullis habentur, secus
de iure naturali, l. 1. c. 1. n. 8. f. 4. p. 2.
Serui matrimonium contrahunt quia iurisgentiū
contractus, ibid. n. 9. ibidem.
Serui nequeunt obligari nec obligare, petere ta-
men alimenta possunt, ibid. n. 36. f. 5. p. 2.
Seruitutes improprie traduntur, l. 1. c. 13. nu. 32.
fol. 29. p. 2.
Serui naturaliter obligantur in contractibus, l. 1.
c. 19. n. 21. f. 46. p. 1.
Serui optio cur dicatur actus legitimus, l. 1. c. 26.
n. 60. f. 72. p. 2.
Seruitutes ab executione nomen accipiunt, ibid.
n. 72. f. 73. p. 1.
Seruitutes & illarum causæ possessorie, proprietate-
tem admixtam habent, l. 2. d. 10. nu. 36. f. 101.
pag. 2.
Significatio potentior à verborum proprietate
descendit, l. 1. c. 14. n. 25. f. 30. p. 2.
Signa exteriora consensum ostendunt, l. 1. c. 23.
n. 7. f. 62. p. 1.
Societatis contractus expressim iniri & tacite po-
test, l. 1. c. 5. n. 1. f. 12. p. 1.
Societas tacita ex coniecturis elicitur, ibid. nu. 2.
ibidem.
Societas ex cohabitatione elicitur, ibid. n. 3. ibid.
Socij sunt vir, & vxor humanæ & diuinæ domus,
ibid. nu. 5. ibidem.
Societas morte extinguitur, ibid. n. 19. f. 12. p. 2.
Societas extincta innouari potest expresse & taci-
te, ibid. nu. 21. ibidem.
Societas tacite instauratur cohabitatione, ibidem
nu. 22. ibidem.
Societas an ex eodem ipso contractu matrimonij
inita cœleatur, l. 3. q. 65. n. 1. f. 315. p. 1.
Societas inter cōiuges nisi expressim fuerit inita,
contracta non censetur, ibid. n. 5. ibidem.

Societas sub conditione iniri potest, ibid. nu. 19.
fol. 316. p. 1.
Societas in matrimonio contracta, an traductio-
nem vel cohabitationem requirat, l. 3. q. 68. n.
1. f. 318. p. 2.
Societas ex legibus vltioris Hispaniæ contracto
matrimonio eo ipso etiā contracta censetur,
ibid. nu. 7. ibidem.
Societas conventionalis in contractu matrimonij
inhita, cohabitatione requirit, ibid. n. 9. ibid.
Societas semel contracta durare præsumitur, ibid.
nu. 11. f. 319.
Societas simultanea qualiter requiratur inter ma-
ritum & vxorem ad lucra nuptialia consequen-
da, ibid. n. 12. ibidem.
Socius qui in fraudem socij societati renunciat,
perinde habetur ac si non renunciaisset, ibid. nu.
14. ibidem.
Societati renunciens in fraudē alterius pro socio
habetur, ibid. n. 15. ibidem.
Societas inter maritum & vxorem contracta ces-
sat quando in totum fit separatio thori, ibid.
nu. 16. ibidem.
Societas leonina qualis, l. 3. q. 69. n. 2. f. 319. p. 2.
Societas in foro conscientie valida cum quis ope-
ram alter pecuniam confert, ibid. n. 5. fol. 319.
pag. 2.
Societas in vltiori Hispania inter virum & vxo-
rem eo ipso contrahitur etsi mulier indotata sit
ibid. n. 7. fol. 320. p. 1.
Societas in Gallia inter virum & vxorem eo ipso
contrahitur etsi mulier indotata sit, ibid. nu. 8.
ibidem.
Societas inter virum & vxorem contracta vt mu-
lier nec operam nec pecuniam impendere te-
neatur, nulla, ibid. n. 11. ibidem.
Societas turpis questus an detur, l. 3. q. 70. n. 1. fo-
320. p. 2.
Societas in turpi lucro non datur, ibid. n. 4. ibid.
Societas rerum inhonestarum non contrahitur,
ibid. n. 9. ibidem.
Socius male lucrata restituere potest inuito socio
ibid. nu. 11. ibidem.
Societas in Cathalonia non contrahitur inter vi-
rum & vxorem nisi ex conuentione, l. 3. q. 71.
nu. 1. f. 321. p. 2.
Societas omnium bonorum vel rerum particula-
rium contrahi potest, ibid. n. 2. f. 322. p. 1.
Societatis conuentiones ad libitum poni possunt.
ibid. n. 3. ibidem.
Societas expresse & tacite contrahi potest, ibid.
n. 4. ibidem.
Societas quæ ex actibus socialibus tacite induci-
tur præsumptionibus probatur, ibid. nu. 5. ibid.
Societas inter quoscuq. cōtrahi potest, siue mas-
culos, siue fœminas, ibid. n. 6. ibidem.
Societas quæ in matrimonio contrahitur, an dis-
solui possit constante matrimonio, ibid. nu. 7.
ibidem.

Soci-

INDEX.

Societas quæ contrahitur in matrimonio, vertitur
in illius coherentia, ibid. n. 8. ibidem.
Societas vno volente dissoluitur, ibid. n. 10. ibid.
Societas adiecta conuentione ne ab ea recedere
liceat, inualida, ibid. n. 11. ibidem.
Societas seruitutis species est, ibid. n. 12. ibidem.
Societas in perpetuum contrahi non potest, ibid.
n. 13. ibidem.
Societas parit discordias, ibid. n. 14. ibid.
Societatis contractus stipulatione roboratur, ibi-
dem. n. 15. ibidem.
Societas eo modo quo inter coniuges in Cathalo-
nia contrahitur, dissolui non potest inuito al-
tero, ibid. n. 16. ibidem.
Societas quæ inducitur inter virum & vxorē odio-
sa, ibid. n. 23. ibid. p. 2.
Societas generalis meliorationes omnes includit
l. 3. q. 73. n. 22. f. 325. p. 2.
Societas simpliciter contracta tantum extenditur
ad acquisita titulo oneroso, l. 3. q. 78. n. 29. fol.
330. p. 1.
Socius Castrensem reprobatur, l. 3. q. 91. n. 19. fol.
352. p. 1.
Socini Cur. & Decij, traditio declaratur, l. 1. c. 26.
nu. 28. f. 71. p. 2.
Sola cum sola suspicionem inducit, l. 1. c. 3. n. 41.
fol. 9. p. 2.
Spondere aliquam promittens non est sponsalia
contraxisse, l. 1. c. 2. n. 11. f. 6. p. 1.
Spini lapsus adnotatur, l. 1. c. 8. n. 68. f. 17. p. 2.
Spini declaratio quis dicatur in mortis articulo
constitutus, l. 1. c. 18. n. 16. f. 39. p. 2.
Spini declaratio reiecta, ibid. nu. 17. ibidem.
Spini declaratio ad tex. in c. 13. quadam extra de
celeb. missa. reprobata, ibid. n. 24. f. 40. p. 1.
Specificatio requiritur vbi dolus aut fraus timeri,
potest, l. 1. c. 25. n. 8. f. 66. p. 1.
Solemnitates formales efficientes & finales, nun-
quam mutantur, l. 3. q. 57. n. 14. f. 298. p. 1.
Solliciti homines esse non debent de successione
viuentium, l. 3. q. 80. n. 18. f. 333. p. 1.
Solutio perfecta dicitur quo ad eum qui ipsam
impedit, l. 3. q. 43. n. 7. f. 274. p. 2.
Solutio fieri debet habito respectu ad meliora-
tionem, ita vt eam non excedat, l. 3. q. 73. nu. 7.
fol. 324. p. 2.
Solutio sub conditione fieri potest, l. 1. c. 26. n. 39.
fol. 72. p. 1.
Solutio non numeratur inter actus legitimos &
cur. ibid. n. 44. ibidem.
Solemnitas requisita in actus constitutione eadē
requiritur in dissolutione, l. 2. d. 14. n. 3. f. 111. p. 2.
Solemnitas quæ requiritur in actu cōdendo, eadē
in infringendo, ibid. n. 5. ibidem.
Solemnitas requisita in contractibus, eadem re-
quiritur in distractibus, ibid. n. 7. ibidem.
Solemnitas eadem requiritur in reuocatione ac-
tus, quæ in illius constitutione, l. 3. q. 7. n. 10. fol.
156. p. 2.

Solemnitas quæ est de substantia actus, requiritur
in illius reuocatione alias minime, ibid. nu. 16.
ibidem.
Solemnitas præcise obseruanda, l. 3. q. 99. nu. 46.
fol. 370. p. 2.
Sponsalia clandestine contracta, et si non fuerint
iurata, valent etiam iure nouo Con. Trid. l. 1.
c. 10. n. 25. f. 21. p. 1.
Sponsalia de futuro obligant hodie sicut antiqui-
tus, l. 1. c. 11. n. 31. f. 25. p. 1.
Sponsalia S. C. Trid. sublata nō fuerunt, l. 1. c. 14.
n. 11. f. 30. p. 2.
Sponsalia quod modis contrahantur, ibid. nu. 12.
fol. 31. p. 1.
Sponsalia futurarum nuptiarum repromissio di-
cuntur, ibid. n. 13. ibidem.
Sponsalia antiquitus speratus dicebantur, sponsa
sperata, ibid. n. 14. ibidem.
Sponsalia quæ re & verbis contrahantur, de futu-
ro ab ætate maioribus, ibid. n. 18. ibidem.
Sponsalia re & verbis contracta, annuli subharræ-
tione, an in matrimonium transeant, ibid. nu.
19. ibidem.
Sponsalia ab spondendo dicta, ibid. n. 27. ibidem.
Sponsi appellatione maritus nō continetur, ibid.
nu. 28. ibidem.
Sponsalia impuberum per verba de futuro conci-
pi solent, ibid. n. 29. p. 2.
Sponsalia de futuro in matrimonium transeunt,
perfecta impuberum ætate signis superuenien-
tibus, ibid. nu. 31. ibidem.
Sponsalia de futuro iuris prouisione qualia dicun-
tur, ibid. n. 32. ibidem.
Sponsalia ab impuberibus cōtracta, signis postea
omissis, in matrimonium transeunt ætate per-
fecta, ibid. n. 38. ibidem.
Spōsalia cōtracta in matrimonio septē annis ma-
iori, ætate superueniente ex signis in matrimo-
nium non transeunt, ibid. n. 42. ibidem.
Sponsalia a minoribus contracta etiam consensu
eorum parcho dato, & solemnitate Con. Tri-
ex signis superuenientibus in matrimonium nō
transeunt, nisi nouus cōsensus detur, ibid. n. 43.
fol. 43. p. 1.
Sponsalia solo consensu contrahuntur, & cōtrario
dissoluntur, l. 1. c. 15. n. 25. f. 33. p. 1.
Sponsis asserentibus impedimentum creditur ma-
xime vbi adest causa, ibid. n. 26. ibidem.
Sponsalia quibus verbis cōtrahantur, l. 1. c. 20. nu.
16. f. 54. p. 2.
Sponsaliorum species duplex, ibid. n. 17. f. 55. p. 1.
Spoliatus nunquam restituitur vbi possessionem
voluntarie in alium transtulit, l. 1. c. 22. n. 44. fo-
59. p. 2.
Sponsa de præfenti in fauorabilibus appellatione
venit vxoris, l. 3. q. 68. n. 3. f. 318. p. 2.
Spōsi de præfenti socij dicuntur diuinæ & humanæ
domus, ibid. n. 5. ibidem.
Stante statuto quod de quolibet contractu solna-
tur

INDEX.

tur gabella, ex sola promissione contrahendi nõ debetur, l. 1. c. 2. n. 4. f. 6. p. 1.
 Statutum prohibens contractum prohibet testamentum, l. 1. c. 18. n. 6. f. 39. p. 1.
 Statutum irritans contractus tanquam fraudulentos, iuramento non firmatur, l. 1. c. 19. n. 69. f. 49. p. 1.
 Statuta fraudibus obviantia publicã causam continere dicuntur, ibid. nu. 70. ibidem.
 Statutum fidem instrumenti annullans, iuramentũ etiam in contractu interpositum infringere cõsetur, ibid. nu. 86. p. 2.
 Statutis vel legibus principum, vis iuramenti suspendi non potest, ibid. n. 87. ibidem.
 Statutum vel lex municipalis annullans contractus in fraudem factos, interposito iuramento sustinetur, & quomodo intelligatur, ibidem nu. 95. f. 95. p. 1.
 Statuta & regni leges punientes filios cõtrahentes sine consensu parentum ad eos extẽduntur qui clandestine & nulliter contrahunt, ibid. n. 146. fol. 53. p. 1.
 Statutum Mediolani prohibens mulieres extra territorium nubere an valeat, l. 2. d. 7. n. 22. f. 95. pag. 1.
 Statuta Mediolani & aliarum urbium prohibentia mulieres extra territorium nubere, in bonum reipublice inducta sunt, ibid. n. 24. ibid.
 Statuta prohibentia mulieribus ne extra territorium nubant nulla sunt, ibid. n. 26. ibidem.
 Statuta quæ non valent super matrimonio, nec super pœna illi adiecta, ibid. n. 27. ibidem.
 Statuta Italiae prohibentia mulieres contrahere extra territorium, matrimonium non posse, potius de facto quam de iure observantur, ibid. n. 29. ibidem.
 Statuta prohibentia mulieribus contrahere matrimonium extra territorium iuri canonico aduersantur, ibid. nu. 30. ibidem.
 Statuta vel leges municipales, de clandestinis matrimonijs loquentia ad ea extenduntur, quæ sine denuntiationibus fiunt, l. 2. d. 11. nu. 42. fol. 105. p. 1.
 Statuta dubia ab eisdem statutis interpretatione recipiunt, ibid. nu. 153. ibidem.
 Statutũ disponens quod soluto matrimonio dos remaneat apud filios interpretandum est dum vxor prius moriatur quam vir, l. 3. Prelud. nu. 19. f. 120. p. 1.
 Statutum prohibens obligationem bonorum in dotis constitutione, seu restitutione illius non valet, ibid. n. 20. ibidem.
 Statutum filiarum dotes, nec filiorum alimenta tollere potest, l. 3. q. 2. nu. 68. fol. 142. p. 2.
 Statuta de dote lucranda per maritum locum habent in sponsa per verba de presenti, l. 3. q. 6. nu. 45. fol. 152. p. 1.
 Statutum vel lex municipalis loquens de coniugibus copulatis, non habet locum in sponsis de

presenti, ibid. n. 46. ibidem.
 Statuta quæ inequaliter inter filios hereditatem diuidunt, odiosa reputantur, l. 3. q. 9. nu. 8. fol. 160. pag. 2.
 Statutum lucrum deferens vni ex coniugibus sine liberis moriente de liberis intelligitur primi matrimonij, l. 3. q. 11. n. 19. fol. 167. p. 2.
 Statutarię dispositiones magis accedunt ad naturam vltimarum voluntatum quam cõtractuum, l. 3. q. 28. n. 9. f. 232. pag. 2.
 Statuto stante quod præmoriente vno ex coniugibus superstes lucretur certam partem dotis, locum vendicat in bonis fideicommissõ subiectis l. 3. q. 11. nu. 19. f. 167. p. 1.
 Statuto excludente filias propter masculos, potest in cõtractu matrimonij filia cum patre pacisci, & ius successionis reservare, l. 3. q. 20. nu. 19. fol. 183. p. 2.
 Statuto stante quod præmoriente vno ex coniugibus alter lucretur certam dotis portionem superstes eam consequitur in bonis vinculis, l. 3. q. 28. n. 21. f. 233. p. 2.
 Statuta strictam recipiunt interpretationem, l. 3. q. 30. n. 14. f. 248. p. 1.
 Statuto stante quod maritus vel vxor respectiue lucrari dotem vel donationem propter nuptias nõ possint nisi copula subsequuta eo in casu sola despensatio per verba de presenti vel traductio non sufficeret, ibid. n. 23. p. 2.
 Statuto stante quod bona viri & mulieris stante matrimonio quesita communicentur, etiam comunicanda sunt quæ in matrimonio putatiuo lucrata fuerunt, ibid. n. 29. f. 249. p. 1.
 Statuta Italiae de lucranda dote, an luci causa, an vero solatij introducta fuerint, l. 3. q. 32. nu. 2. f. 250. p. 2.
 Statuta de dote lucranda in dotis augmento locum habent, l. 3. q. 34. n. 24. f. 254. p. 2.
 Statuto stante quo lucrum dotis marito reservatur moriente vxore sine filijs vbi nepotes relinquuntur, maritus excluditur, l. 3. q. 35. n. 25. fol. 257. p. 1.
 Statuto stante vel pacto de dãdo vsufructum vitrico omnium bonorum de toto tempore vitæ suæ, intelligẽdum est salua filijs legitima, l. 3. q. 37. n. 18. f. 260. p. 2.
 Statuto stante quod filia possit de bonis suis testari, extẽditur ad iocalia, l. 3. q. 38. n. 4. f. 261. p. 1.
 Statuta de lucrãda dote sunt iuris communis correctoria, ibid. n. 10. ibidem.
 Statuta de lucrãda dote, pœnalia iudicantur, ibid. nu. 11. ibidem.
 Statutum vel consuetudo quæ taxat viduę aliquid pro alimentis donec dotes soluuntur valent, l. 3. q. 39. n. 71. f. 267. p. 1.
 Statutum vel consuetudo quæ taxant viduę aliqua pro alimentis donec dos soluator, secundum multorum opinionem non valet, ibidem nu. 72. ibidem.

Statu-

INDEX.

Statutum in dote data loquens, in dote confessata locum habet, l. 3. q. 44. n. 4. f. 274. p. 2.
 Statuto stante de lucro dotis consequẽdo per maritum, illud maritus lucretur in dote simpliciter tradita, in qua veniunt bona omnia vbi maritus tali dote dignus erat, l. 3. q. 46. n. 20. f. 277. pag. 2.
 Statutum aduersus dispositionem l. hac edictali C. de secun. nup. minime valet, l. 3. q. 47. nu. 2. fol. 278. p. 1.
 Statuto de lucro dotis ob mortẽ vxoris de morte naturali intelligenda sunt, l. 3. q. 53. nu. 2. f. 287. pag. 1.
 Statuta vel consuetudines, quæ societatem inducunt inter coniuges odiosa sunt, l. 3. q. 66. n. 13. f. 315. p. 2.
 Statuta vel leges quæ societatem inducunt inter coniuges, sæpius liberos spoliant debita hereditate, ibid. nu. 14. ibidem.
 Statuta vel leges municipales quæ societate inducunt inter coniuges valent, ibid. n. 16. ibidem.
 Statuto stante quod mulier banniri possit, impune offendi non tamen potest adulterari, l. 3. q. 67. n. 11. f. 317. p. 1.
 Statutũ vel lex municipalis de rebus quesitis vel querendis verba faciens, de iustis & licitis intelligenda sunt, l. 3. q. 70. n. 8. fol. 320. p. 2.
 Statuto stante quod alteri per alterum obligatio quaratur intelligitur dum tertius cui obligatio quaritur acceptat, l. 3. q. 82. n. 18. f. 337. p. 1.
 Statutum quod lucrum dotis defert superstiti, altero sine liberis moriente, intelligendum est de liberis prioris matrimonij non secundi, l. 3. q. 85. nu. 31. fol. 344. p. 1.
 Statutum excludens filiam dotatam a bonis paternis, maternis & fraternis validum, l. 3. q. 93. n. 10. f. 353. p. 1.
 Stipulatio alteri facta licet inutilis de iure ciuili, obligat naturaliter, l. 1. c. 19. n. 22. f. 46. p. 1.
 Stipulatio inter absentes per procuratorem contrahi non potest, l. 1. c. 25. n. 40. f. 67. p. 2.
 Stipulatio pro forma verba requirit, ibid. nu. 43. ibidem.
 Stipulatio ob necessitatem & illius formam, per æquipollens potest adimpleri, ibid. n. 44. ibid.
 Stipulatio proprie contractus non est, matrimonium verus contractus, ibid. n. 46. f. 68. p. 1.
 Stipulationum quædam puræ aliæ conditionales, l. 1. c. 26. nu. 1. f. 71. p. 2.
 Stipulationes puræ & cõditionales quæ sint, ibid. nu. 2. ibidem.
 Stipulatio conditionalis tripliciter fit, ibid. nu. 3. ibidem.
 Stipulatio necessaria non est secundum veriorum opinionem in donationibus successiuis, l. 3. q. 2. nu. 58. fol. 141. p. 2.
 Stipulatio necessaria est in donationibus in quibus vnus post alium succedit, ibidem nu. 57. ibidem.

Stipulatio in contrahendo matrimonio non requiritur, ibid. n. 60. ibidem.
 Stipulatio adiecta in contractu; non alterat vel mutat voluntatem contrahentium, l. 3. q. 10. n. 42. f. 165. p. 1.
 Stipulatio paterna pro filijs tanquam filijs facta, vbi filij res donatas consequuntur, onera hereditaria non subeunt, l. 3. q. 15. n. 29. f. 177. p. 2.
 Stipulatio in dubio ita concepta censetur, vt sibi & heredibus suis profit, ibid. n. 41. f. 178. p. 1.
 Stipulatio pro filijs a patre facta vtilior est si vbi heredibus & non tanquam filijs concepta fuerit, ibid. n. 44. ibid. p. 2.
 Stipulationis natura est vt ad heredes transeat, ibid. nu. 47. ibidem.
 Stipulatio an requiratur in substantialibus & vinculis conuentionalibus, l. 3. q. 22. num. 33. fol. 187. p. 1.
 Stipulatio nõ requiritur in donationibus quæ fiunt in capitulis matrimonialibus, ibid. n. 34. ibid.
 Stipulatio de lucranda dote, in dote tantum promissa locum habet, l. 3. q. 30. n. 11. f. 247. p. 2.
 Stipulatio non committitur vbi casus in stipulationem deductus non venit, l. 3. q. 43. n. 12. fol. 273. p. 2.
 Stipulatio de dote reddenda in omnem casum, verificari non potest nisi cum morte mulieris soluitur matrimonium, l. 3. q. 55. n. 13. f. 294. p. 1.
 Stipulator extraneus adhibitus per mulierem in certo casu donandi animo adiectus censetur, ibid. n. 27. ibid. p. 2.
 Stipulari alteri quis potest favore pię cause, l. 3. q. 82. n. 17. f. 337. p. 1.
 Stipulatio pro heredibus concepta ad patrem & illius heredibus tantum referenda est, l. 3. q. 85. n. 46. f. 345. p. 1.
 Subiecta vbi nobiliora; tanto magis turpia quæ de illis prædicantur, l. 1. c. 26. n. 108. f. 74. p. 1.
 Substantialia contractus quæ dicantur, l. 1. c. 23. n. 2. fol. 61. p. 2.
 Substantialia Sacramentorũ mutari non possunt, l. 2. d. 1. n. 9. f. 85. p. 2.
 Substantialia non censentur quæ actum præcedere possunt, l. 2. d. 11. nu. 36. f. 104. p. 2.
 Substituta persona quæ dicatur, pecora & arbores substituta, l. 1. Ant. n. 12. f. 2. p. 1.
 Substitutiones in contractu matrimonij fieri possunt, l. 3. q. 2. nu. 62. f. 141. p. 2.
 Substitutiones ordinem sequuntur successionis ab intestato, l. 3. q. 11. nu. 5. f. 166. p. 2.
 Substitutiones & vincula sicut fiunt in vltimis voluntatibus sic in contractibus, l. 3. q. 22. nu. 1. fol. 185. p. 2.
 Substitutiones & vincula in donationibus fiunt, ibid. n. 2. ibidem.
 Substitutiones in tutelis admittuntur, ibid. nu. 3. ibidem.
 Substitutiones in diuisionum contractibus inter fratres fieri solent, ibid. nu. 4. ibidem.

f Substi-

I N D E X.

Substitutiones frequentius in donationibus confirmantur, ibid. n. 5. ibidem.
 Substitutiones quæ in contractibus sunt eiusdem sunt effectus ac illæ quæ in ultimis voluntatibus, ibid. n. 6. ibidem.
 Substitutiones in contractibus dupliciter fieri solent, per vulgarem & compendiosam, ibid. n. 8. f. 186. p. 1.
 Substitutio pupillaris in contractibus fieri non potest, ibid. n. 9. ibidem.
 Substitutio vulgaris in contractu donationis in quem modum fiat, ibid. n. 10. ibidem.
 Substitutio compendiosa in contractu donationis, quemadmodum vulgare contineat, ibid. n. 11. ibi.
 Substitutio in contractu donationis de proximioribus facta compendiosa est & vulgarem continet, ibid. n. 12. ibidem.
 Substitutio in contractu donationis qualis iudicanda, ibid. n. 13. ibidem.
 Substitutio fideicommissaria ad absentis vel non dum nati commodum fieri potest, ibidem n. 17. ibidem.
 Substitutio fideicommissaria conventionalis ab ea quæ fit in ultimis voluntatibus qualiter differat, ibid. n. 18. ibid. p. 2.
 Substitutionum celeritas sepius vna aliam occultat, ibid. n. 26. ibidem.
 Substitutiones tot sunt in donationibus quod sunt donationes, ibid. n. 27. ibidem.
 Substitutio in contractu donationis, dominium illico queritur, ibid. n. 30. ibidem.
 Substitutiones & vincula quæ in donationibus sunt & in capitulis matrimonialibus, an de vno casu ad alium, & de persona ad personam extendantur, l. 3. q. 23. n. 1. f. 188. p. 1.
 Substitutiones in ultimis voluntatibus dupliciter patiuntur extentionem, ibid. n. 2. ibidem.
 Substitutionum verba latam recipiunt interpretationem ex coniectura disponentis, ibid. n. 21. f. 189. p. 1.
 Substitutiones in contractibus factæ, deficiente primo gradu, alijs locus esse non potest, ibid. n. 31. ibid. p. 2.
 Substitutione prima precepta pereunt ceteræ, ibid. n. 32. ibidem.
 Substitutiones quæ sunt in donationibus sub conditione si sine liberis & demum sub eadem conditione alijs, deficiente primo gradu per existentiam liberorum, sequentes substitutiones evanescent, ibid. n. 33. fol. 190. p. 1.
 Substitutio ordine successivo facta, in dubio directa & non fideicommissaria iudicanda, ibid. n. 34. ibidem.
 Substitutio in contractibus facta, directa censenda, ibid. n. 35. ibidem.
 Substitutionis gradu primo sublato, sequentes ex coniecturis non pereunt, ibid. n. 85. fol. 192. pag. 2.
 Substitutiones & vincula quæ sunt in capitulis matrimonialibus, extentionem patiuntur, ibid. n. 89. ibidem.
 Substitutio quando non directa iudicanda, ibid. n. 91. f. 193. p. 1.
 Substitutionem directam semel verificari sufficit, ibid. n. 92. ibidem.
 Substitutio in fideicommissaria inducenda, potius voluntas quam verba spectanda, ibid. n. 100. fol. 193. pag. 2.
 Substitutio facta in donatione, sub conditione si aliquis ex donatarijs decesserit sine filijs masculis, & masculi sine masculis, qualis iudicanda, l. 3. q. 24. n. 14. f. 198. p. 1.
 Substitutis aliquando obijci potest, de vobis, non loquitur substitutio, ibid. n. 16. ibidem.
 Substitutio ordine successivo instructa in contractibus, potius directa quam obliqua præsumitur, ibid. n. 17. ibidem.
 Substitutio reciproca in dubio non præsumitur, ibid. n. 32. f. 202. p. 1.
 Substitutio tam directa quam fideicommissaria in donationibus fieri potest, ibid. n. 48. fol. 201. pag. 2.
 Substitutio vulgaris in contractibus proprie fieri non dicitur, ibid. n. 51. ibidem.
 Substitutio potius præsumitur directa quam obliqua nisi ex voluntate disponentis aliud appareat, ibid. n. 53. f. 202. p. 1.
 Substitutiones in dubio multiplicandæ non sunt, ibid. n. 94. f. 205. p. 2.
 Substitutio quare in dubio vulgaris directa, quam fideicommissaria iudicanda, ibid. n. 100. ibidem.
 Substitutio filio facta de Titio & illius heredibus, intelligitur de descendens, nisi dictum fuisset omnibus vel quibuscunque, l. 3. q. 85. n. 64. f. 346. p. 2.
 Spes conditionis adiectæ in capitulis matrimonialibus, an pendente conditione transmittantur, l. 3. q. 25. n. 1. f. 224. p. 1.
 Spes donationis conditionalis transmittitur, ibid. n. 30. f. 226. p. 1.
 Spes donationis inter vivos transmittitur, ibid. n. 31. ibid. p. 2.
 Spes fideicommissi conditionalis, transmittitur regulariter, ibid. n. 52. fol. 227. p. 2.
 Successio ab intestato ex tacito defuncti iudicio pronenire dicitur, l. 3. q. 13. n. 4. f. 171. p. 1.
 Successoris appellatione in dubio venit successor vniuersalis, nisi adiecta fuerit clausula quibuscunque, nam tunc veniret etiam singularis, l. 3. q. 14. n. 16. f. 173. p. 2.
 Successio ab intestato legitima dicitur, l. 3. q. 18. n. 7. f. 181. p. 2.
 Successio ab intestato sanguinis & proximitatis iure defertur, ibid. n. 8. ibidem.
 Successorum appellatione legitimi hæredes continentur, ibid. n. 9. ibidem.
 Successores vocati in substitutionibus & vinculis adiectis

I N D E X.

adiectis in contractu donationis, improprie per fideicommissariam venire dicuntur, l. 3. q. 22. n. 15. f. 186. p. 1.
 Successio in vnam ingressa lineam ad aliam transire non potest nisi priore extincta, l. 3. q. 24. n. 126. f. 207. p. 1.
 Successionum iura ob publicam vtilitatem introducta, l. 3. q. 80. n. 11. fo. 333. pag. 1.
 Surdi distinctio adducitur in proposita questione, differentiam considerans inter donationem & fidei concessionem, l. 3. q. 10. n. 40. f. 165. pag. 1.
 Surdi decisio 322. suspecta, l. 3. q. 12. n. 23. f. 171. pag. 2.
 Surdi con. 397. n. 15. lib. 3. adducitur, l. 3. q. 34. n. 16. fol. 254. p. 1.
 Surdi decisio 73. adducitur, idemq. author laudatur, l. 3. q. 35. n. 24. f. 257. p. 1.
 Surdi opinio noua, l. 3. q. 41. n. 18. f. 269. p. 1.
 Surdi opinio aduersus communem, l. 3. q. 42. n. 30. f. 272. p. 1.
 Surdi decisio insignis, l. 3. q. 58. n. 26. f. 304. p. 1.
 Suspensionis pœna veteri iuri imposita aduersus parochos qui clandestinis interfunt matrimonijs, an à S. C. Triden. fuerit, sublata, l. 2. d. 11. n. 147. f. 109. p. 2.
 Suspensionis pœna à S. C. Triden. imposita, ipso iure imposita fuit, l. 2. d. 11. n. 150. f. 110. p. 1.
 Sum negotium dicitur parentum, licet illud ad filios pertineat, l. 3. q. 15. n. 17. f. 177. p. 1.
 Suorum appellatione qui continentur, ex subiecta materia depræhenditur, ibid. n. 3. f. 176. p. 1.
 Suorum appellatione cum de patrio iure agitur, filij tantum qui in patris potestate sunt continentur, ibid. n. 4. ibid. p. 2.
 Suorum heredum appellatione vbi de patria potestate non agitur ij veniunt qui quomodocumq. succedere possunt, ibid. n. 5. ibidem.
 Suos hæredes & mulier habere dicitur, quæ tamē filios in potestate non habet, ibid. n. 6. ibidem.
 Suorum appellatione ex subiecta materia domestici & familiares continentur, ibid. n. 7. ibidem.
 Suorum appellatione vbi de patria agitur, ex eadem patria orti continentur, ibid. n. 8. ibid.
 Suorum appellatione vbi de patria agitur potestate, filij tantum in potestate constituti veniunt, ibid. n. 9. ibidem.
 Suorum appellatione vbi de iudicando ageretur, nedum sanguine coniuncti sed & qui seruiunt continentur, ibid. n. 10. ibidem.
 Suorum appellatione vbi amicitie iura considerari possunt, amici summa amicitia coniuncti comprehenduntur, ibid. n. 11. ibidem.
 Suorum appellatione in delictis ij veniunt, qui delicta admiserunt, ibid. n. 12. ibidem.
 Suorum appellatione vbi de agnatione conseruanda agitur, ij continentur qui illius generis & familie sunt, ibid. n. 13. ibidem.
 Sua iniuria dicitur quæ alicui de familia facta fuit, ibid. n. 14. ibidem.

Suorum appellatione vbi de parentela agitur, ij veniunt qui ex eodem stipite descendunt, ibid. n. 15. ibidem.
 Sua res dicitur etiam, ille, quæ a conditoribus possidentur, ibid. n. 16. ibidem.
 Suum dicitur etiam illud quod reuocari potest, ibid. n. 18. f. 177. p. 1.
 Suo nomine factum dicitur quod & ad alterius commodum pertinet, ibid. n. 19. ibidem.
 Suorum appellatio varia est, ibid. n. 20. ibidem.
 Suorum appellatione secundum communem vsu loquendi, veniunt proximiores ab intestato, ibid. n. 21. ibidem.
 Suorum vocatione facta stâte dubio ad quos hæc verba referri debeant ad suos testatores referenda sunt, ibid. n. 22. ibidem.
 Suorum appellatio ad quos referri debeat Bart. distinctio adducitur, ibid. n. 23. ibidem.
 Suorum appellatione in materia ad extraneos hæredes non transitoria descendentes tantum & collaterales continentur, ibid. n. 24. ibidem.
 Suorum appellatione in rebus quæ ad extraneos hæredes transire possunt, extranei continentur, ibid. n. 25. ibidem.
 Suorum appellatione in contractibus, descendentes omnes & collaterales vsq. ad quartum gradum continentur, ibid. n. 27. ibid. p. 2.

T

Taciti & expressi vna & eadē vis est maxime vbi tacitum prodest magis disponenti, l. 3. q. 15. n. 38. f. 176. p. 2.
 Taciti & expressi eadē virtus, l. 3. q. 80. n. 30. fol. 333. p. 2.
 Taciti & expressi maxima differentia quādo agitur de annulatione actus, l. 1. c. 26. n. 122. f. 71. p. 1.
 Tempus mortis testatoris attribuitur, in legatis & hereditatibus deferendis, l. 3. q. 11. n. 14. f. 166. p. 2.
 Tempus præsens in dispensationibus attendendum, l. 3. q. 29. n. 36. f. 237. p. 2.
 Tempus præsens spectatur ad contractum licitum iudicandum, l. 3. q. 45. n. 21. f. 276. p. 2.
 Tempus in rerum estimatione attenditur quod post superuenit, l. 3. q. 72. n. 2. f. 323. p. 1.
 Tenor verborum semper attendendus, l. 1. c. 20. n. 7. f. 54. p. 2.
 Tenor cōcessionis & privilegij attendendus, ibid. n. 8. ibidem.
 Tenor verborum in ultimis voluntatibus considerandus, ibid. n. 9. ibidem.
 Tenor donationis & verborum illius expendentis, ibid. n. 12. ibidem.
 Tenor verborum substitutionis attendendus, l. 3. q. 23. n. 51. f. 191. p. 1.
 Testamenta antiquitus admodum contractus celebrabantur, l. 1. c. 18. n. 5. f. 38. p. 2.
 Testamentum contractus inter vivos dicitur, ibid. n. 7. f. 39. p. 1.

INDEX.

Testamentum & contractus in ultimo vitæ spiritu, contrahuntur, ibid. n. 8. ibidem.
 Testator ab hærede promissionē extorquere potest, de soluendis legatis, ibid. nu. 10. ibidem.
 Testator in dubio censetur se conformare cū dispositione legis, & nedum iuris communis sed & municipalis, ibid. n. 60. f. 42. p. 1.
 Testator sola pœnitentia non inuertit illius voluntatem, l. 2. d. 14. n. 6. f. 111. p. 2.
 Testamentum imperfectū inter liberos reuocat primum solemne, l. 3. q. 6. nu. 11. f. 156. p. 2.
 Testamentum secundum non solemne de iure cōmuni, si valet iure speciali, reuocat primum solemne de iure communi; etsi in eo instituti fuissent liberi, ibid. n. 13. ibidem.
 Testamentum quinq. testibus cōditum valet, dum venientes ab intestato fuerint instituti, ibid. n. 14. ibidem.
 Testamentum primum solemne cum septem testibus reuocatur cum testator vocatis quinque testibus dixerit, se nolle primum testamentum valere, ibid. n. 15. ibidem.
 Testator filios omnes vocans tam filios primi quā secundi matrimonij vocare videtur, l. 3. q. 11. n. 3. f. 166. p. 1.
 Testator legando alimenta vxori, ad presentem non ad futuram respexisse videtur, ibid. n. 21. f. 167. p. 1.
 Testatoris dispositio de rebus suis verba faciens, de testatoris non hæredis vel fideicommissarij rebus intelligenda est, l. 3. q. 15. n. 26. f. 177. p. 1.
 Testandi facultas quemadmodū libera est sic & contrahendi, l. 3. q. 21. n. 7. f. 185. p. 2.
 Testatorum extrema dispositiones, nimia subtilitate subuerti non debent, l. 3. q. 24. n. 102. fol. 205. pag. 2.
 Testator censetur conformare voluntatem suam cū dispositione legis communis & municipalis, l. 3. q. 50. nu. 7. f. 282. p. 2.
 Testatoris dispositio in vno facta testamento, ab altero testamento interpretationem non recipit, l. 3. q. 24. n. 275. f. 219. p. 1.
 Testator an iubere possit vt hæres matrimonium contrahat cum consensu vel arbitrio alicuius, l. 3. q. 29. n. 4. f. 235. p. 2.
 Testatoris voluntas quæ peccatum inducit rejicienda, ibid. n. 53. f. 238. p. 1.
 Testandi facultas hominibus ex priuilegijs concessa, l. 3. q. 30. n. 4. fol. 247. p. 1.
 Testatoris verba de tota & integra hereditate restituentia, detractionem Trebellianicā nō impediunt, l. 3. q. 36. nu. 3. fol. 257. pag. 2.
 Testator iubendo totam hereditatem restitui, censetur Trebellianicam prohibuisse, l. 3. q. 36. n. 15. f. 258. p. 1.
 Testator nequit mandare hæredi quod soluat aliquid annuum donec integras dotes exoluerit, l. 3. q. 39. n. 53. f. 265. p. 2.
 Testator potest hæredi precipere vt quid certum

det legatario donec legatum exoluat, ex sententia Surdi, ibid. n. 54. ibidem.
 Testator de bonis suis libere disponit, ibid. n. 63. fol. 266. p. 2.
 Testator derogare potest dispositioni. l. fi. C. de bonis que libe. l. 3. q. 91. n. 17. f. 352. p. 1.
 Testator derogare potest nedū expresse sed & tacite dispositioni dicte legis, ibid. n. 18. ibidem.
 Testes de tractatu matrimonij non probant dotem nec matrimonium, l. 1. c. 4. n. 9. f. 11. p. 2.
 Testes in contractibus presentes & intelligentes esse debent, l. 1. c. 7. n. 2. f. 23. p. 1.
 Testes in matrimonio presentes & intelligentes esse oportet, vbi declaratur Com. Tridentinū, ibid. n. 5. p. 2.
 Testes in arduis & grauibus, graues etiā & omni exceptione maiores esse debent, l. 1. c. 8. nu. 1. f. 14. p. 1.
 Testes in criminalibus omni exceptione maiores, & graues esse debent, ibid. n. 2. p. 1.
 Testes regulariter omni exceptione maiores esse debent, ibid. n. 3. ibidem.
 Testes in causis matrimonialibus, omni exceptione maiores esse debent, ibid. nu. 4. ibidem.
 Testis omni exceptione maior quis dicatur, ibid. nu. 5. ibidem.
 Testis idoneus is dicitur qui omni exceptione maior est, ibid. n. 6. p. 2.
 Testis idoneus quis apud Authorem, ibidem n. 7. ibidem.
 Testes in causa matrimoniali esse possunt parētes & consanguinei, ibid. n. 8. ibidem.
 Testes in his, que difficilis sunt probationis, parētes pro filijs, & consanguinei pro cōsanguineis admittuntur, ibid. n. 9. ibidem.
 Testes alioquin inhabiles in multis pro habilibus reputantur, ibid. n. 10. ibidem.
 Testes in matrimonialibus omni exceptioni maiores esse debere, multi dissentiunt, ibid. n. 11. ibi.
 Testes in matrimonialibus idoneos sufficere, Didacus post multos antiquiores existimat, ibid. nu. 12. ibidem.
 Testes in matrimonialibus qui & quales admitti debeant, iudicis arbitrio attribuendum, ibid. nu. 13. ibidem.
 Testes fœminas esse posse in matrimonialibus textu non probari, ibid. nu. 15. ibidem.
 Testes omni exceptioni maiores in causa matrimonij desiderantur, ibidem nu. 22. f. 15. p. 1.
 Testes qui in subsidium admittuntur, omni exceptione maiores dici non possunt, ibid. n. 23. ibidem.
 Testium dictis quanta sit fides adhibenda arbitrio iudicis relinquitur, ibid. n. 24. ibidem.
 Testes idonei nō dicuntur parētes, ibid. n. 25. p. 2.
 Testes in collatione beneficiorū, omni exceptione maiores esse debent, ibid. n. 34. ibidem.
 Testes inhabiles nunquam recipiuntur nisi in defectum habilium, ibid. nu. 36. f. 16. p. 1.
 Testes

INDEX.

Testes inhabiles in matrimonio admittuntur, cum casus inopinato contingit, ibid. n. 37. ibid.
 Testes in matrimonio clandestino omnino habiles non requiruntur, ibid. n. 39. ibidem.
 Testes in dubio præsumi omni exceptione maiores, ibid. n. 43. pag. 2.
 Testis omni exceptione maior idem est dicere quod melior aut optimus, ibid. n. 45. ibidem.
 Testis idoneus apud Iurisperitos is dicitur, qui sufficiens est, ibid. n. 46. ibidem.
 Testes omni exceptione maiores non desiderantur nisi vbi lex id expressim vult, ibid. n. 47. ibid.
 Testes duo in omni causa sufficiunt, ibid. nu. 48. ibidem.
 Testes minus idonei in his quæ clam fiunt sufficiunt, ibid. n. 65. f. 17. p. 1.
 Testes quot requiruntur in actus celebratione, totidem requiruntur in eiusdem actus reuocatione, l. 2. d. 14. nu. 4. f. 111. p. 2.
 Theologorum opinio qualis vbi verba in futurum sonant in contractu matrimonij, l. 1. c. 20. nu. 28. f. 55. p. 1.
 Theauri decisio Pedemon, qua iudicatum asserit Iudices seculares cognoscere posse de causa possessoria inter virum & vxorem an sit vera, l. 2. d. 10. nu. 16. f. 100. p. 2.
 Theauri opinio reprobatur, ibid. n. 19. f. 101. p. 1.
 Theaurus senator Pedemontium laudatur, l. 3. q. 18. nu. 2. f. 181. p. 1.
 Theauri distinctio in proposita questione, ibid. nu. 15. f. 181. p. 2.
 Theauri distinctio reprobatur, ibid. n. 16. ibid.
 Theauri distinctio inter contrarias opiniones, l. 3. q. 38. nu. 23. f. 262. p. 1.
 Theauri conciliatio reprobatur, ibid. nu. 24. ibid.
 Tiberius Decianus, & Iacob. Meno. sibi ipsis contrarij in vna, & eadem facti specie simul & Ceph. l. 3. q. 24. n. 2. f. 197. p. 2.
 Tiberius Decianus Mar. Manti. Capha. & Illustrif. nunc Cardinalis Manti. vno & eodem tempore dum author Italiæ ageret iura ciuilia interpretabantur in academia Patatina, simul & Iacob. Menochi. ibid. n. 4. ibidem.
 Tiberij Deciani opinio quo in casu possit sustineri, ibid. nu. 179. f. 211. p. 2.
 Timore trepidandum non est vbi non est timor, l. 3. q. 96. n. 9. f. 363. p. 1.
 Tiraq. opinio reprobatur, l. 1. c. 3. n. 73. f. 11. p. 1.
 Tiraquelli traditio improbat, l. 3. q. 2. nu. 34. fol. 140. p. 1.
 Titulus traditionis loco est in beneficialibus, l. 1. c. 13. n. 37. f. 29. p. 2.
 Titulus in matrimonio causatur, ex consensu & verbis de presenti, ibid. n. 48. ibidem.
 Titulares quod possunt ratione dignitatis, possunt etiam cōmendarij, l. 2. d. 11. n. 61. f. 106. p. 1.
 Tollerantur multa quæ in pactū deduci nō possunt, l. 3. q. 80. n. 32. f. 333. p. 2.
 Tonsura clericalis septem annis dabatur iure an-

tiquo, & beneficium obtineri poterat, l. 1. c. 23. nu. 37. f. 63. p. 2.
 Tractatus præcedit contractū, l. 1. c. 4. n. 1. f. 11. p. 2.
 Tractatus præcedit matrimonium, ibid. n. 2. ibid.
 Tractantur multa, quæ non finiuntur, ibid. n. 5. ibid.
 Tractatus solus nullam producit obligationem, ibid. n. 7. ibidem.
 Tractatus matrimonij non probat matrimonium, ibid. n. 8. ibidem.
 Tractus futuri temporis ad Iudicem non pertinet, l. 2. d. 2. n. 30. f. 87. p. 1.
 Traditio nuda non transfert dominium, l. 1. c. 13. n. 2. f. 28. p. 2.
 Traditio sponsæ post contracta sponsalia matrimonium efficit, ibid. nu. 4. ibidem.
 Traditione corporum, dominium in matrimonio transfertur, ibid. n. 25. f. 25. p. 1.
 Traditio quod facit in rebus profanis idem operatur titulus in spiritualibus, ibid. n. 35. ibi. p. 2.
 Traditio in matrimonio de presenti facta censetur, ibid. n. 41. ibidem.
 Traditionibus dominia transferuntur, l. 3. q. 22. n. 29. f. 186. p. 2.
